

BREVIS TRACTATUS  
DE EPISCOPO

AUCTORE

**AEMILIO BERARDI**

PROFESSORE THEOLOGIAE MORALIS ET PASTORALIS

IN SEMINARIO FAVENTINO

EXAMINATORE PRO-SYNODALI ET CANONICO PENITENTIARIO CATHEDRALIS

BONONIAE

EX TYPOGRAPHIA PONT. MAREGGIANI

1891

1913

7

BX1913

.B41


1891

c.1

009417



EJUSDEM



1080021469

**DE RECIDIVIS ET OCCASIONARIIS.**

ANNUNZIO del *Monitore Ecclesiastico* (Vol. I. pag. 341):

« Ecco un'opera che non sappiamo raccomandare abbastanza ai Professori di Teologia, ai Parrochi e a tutti i Confessori: tanta è la sua utilità e il suo interesse. Essa è un'opera di pratico insegnamento e riguarda la materia più difficile e importante del Sacramento della Confessione, e forse la meno svolta nei corsi ordinarii delle scuole. L'opera del Berardi è frutto di profondi studii, di lunga pratica, di accurate consultazioni sopra ogni più rinomato Autore, e di assennati consigli di personaggi viventi autorevolissimi per prudenza e per dottrina; ed egli ha saputo trattare con tanta ampiezza questa materia, con tanta discrezione, con tanta lucidità di metodo e di stile, che ha riscosso il plauso di tutta la stampa cattolica e dei Teologi più insigni dell'Italia e dell'estero ».

**THEOLOGIA PASTORALIS SCILICET DE PAROCHO ET DE CONFESSARIO MONIALIUM.**

Quest'Opera (così scrive l'UNITÀ CATTOLICA li 6 Febr. 1889) è il più compito trattato di teologia pastorale che sia uscito alla luce fin qui. In essa l'Autore (già notissimo per altri suoi lavori) svolge ad uno ad uno i doveri del parroco, indicando il modo pratico di adempirli, avuto riguardo ai tempi che corrono, e discendendo alle più minute particolarità pratiche. Indi passa alla trattazione dei diritti, e li spiega e precisa tutti, tanto riguardo alle cose spirituali che alle temporali; e tanto rispetto ai parrochiani, che rispetto alle Confraternite, ai rettori di altre chiese, agli oratorii, ai Regolari, ecc., ecc. Vi sono trattati gli argomenti del giorno, p. e., sulla legge delle decime, sulle pensioni, ecc. Il tutto è svolto con sodezza di dottrina, colla massima chiarezza e con ordine perfetto. Quindi quest'Opera sarà senza dubbio utilissima non solo ai parrochi, ai vice-parrochi, ai professori di teologia morale e pastorale, agli esaminatori sinodali, ai concorrenti ecc.; ma ancora alle Curie vescovili, essendovi dilucidati coi relativi documenti di diritto canonico, e con risposte recentissime delle Sacre Congregazioni, anche quei punti che presentano specialissime difficoltà.

Di questa medesima opera la CIVILTÀ CATTOLICA (1.º Giugno 1889) dice: Non poche volte abbiamo fatto conoscere ai nostri lettori le opere del ch. D. Emilio Berardi. Egli secondo noi è valentissimo maestro nelle dottrine morali, ricco di molta erudizione, sicuro per ponderato giudizio, acorto nello scegliere, dotto nell'insegnare. Quindi le sue opere le abbiamo giudicate di somma utilità pratica, e come tali le abbiamo molto raccomandate. Il dotto lavoro che qui annunziamo non è in nulla inferiore agli altri. In esso ritrovasi con brevità, chiarezza e dottrina esposto quanto riguarda i doveri ed i diritti di un Parroco. È un ottimo *vade mecum*, come suol dirsi, dei Parrochi. Noi lo raccomandiamo caldamente agli ecclesiastici. *La Voce Catt.* (XXIII. n. 150) poi soggiunge: Noi conosciamo varii altri libri che trattano del medesimo argomento, ma dobbiamo confessare che questo dell'egregio Berardi ci pare più sodo nei principii, più sistematico nella trattazione, più conciso, e di gran lunga più copioso nelle materie. *Ed il Monitore Ecclesiastico* (Genn. 1889) conclude: Facciamo voti che nei Seminarii si scelga quest'opera come testo di teologia pastorale, e che i Venerandi Prelati ne promovano caldamente la diffusione in mezzo ai loro Cleri.

**DE SOLLICITATIONE.**

ANNUNZIO dell' *Unità Cattolica* — 8 Ottobre 1886:

I pregi principali di questo nuovo lavoro del chiarissimo Berardi sono: 1º Trattare *ex professo* con ordine e con chiarezza questo scabroso ed assai importante argomento, e svolgerlo in tutta la sua ampiezza, così che in pratica potrà appena succedere un caso che non trovi la sua soluzione in questo libro; 2º Determinare con documenti storici (da altri non osservati sin qui) il vero senso delle clausole della Bolla di Benedetto XIV *Sacramentum Poe-*

BREVIS TRACTATUS

DE EPISCOPO

AUCTORE

**AEMILIO BERARDI**

PROFESSORE THEOLOGIAE MORALIS ET PASTORALIS

IN SEMINARIO FAVENTINO

EXAMINATORE PRO-SYNODALI ET CANONICO PENITENTIARIO CATHEDRALIS



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN  
Biblioteca Verde y Tellez

BONONIAE

EX TYPOGRAPHIA PONT. MAREGGIANI

1891




Capilla  
Biblioteca Universitaria

45923




B1913  
B4



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



JUS PROPRIETATIS AUCTOR SIBI VINDICAT.

PRÆFATIO



Quoniam innumerae, gravesque pastoralis officii curae, quibus his praesertim temporibus Ecclesiae Praesules distinentur, tam parum otii eisdem solent tribuere, ut ea, quae olim studio perceperunt, quaeque ad munus suum recte obeundum maxime pertinent, vix possint animo repetere, et siqua mente exciderint, in magnis Auctorum voluminibus iterum investigare, ideo mihi visum est hoc opusculum in lucem edere, quo praecipua Episcoporum munera, quae in alio opere, cui titulus **Praxis Confessariorum**, ipse prosequutus sum, paucis hise chartis concluderentur. Igitur quam maxime brevitati studui, viresque meas in hoc contuli, ut libellus iste non modo solidam praebet doctrinam, sed etiam id commodi fere praestet, quod praestare solent tabulae illae, quas, ut multa sub uno aspectu ponunt, *synopticas* appellant. Utinam utrumque propositum sim assecutus, ut spero.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



FRANCISCO XAVIERIO VALVERDE Y TELLEZ


Cum permissu auctoritatis ecclesiasticae

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



009417





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA  
DIRECCIÓN GENERAL DE

## DE EPISCOPO

### CAPUT I.

#### *De Episcopo quoad vitae sanctitatem.*

1. *Quo gradu sanctitas exigitur in Episcopo?* Optime respondet Card. Gousset (II. 714) inquiens: « Quanto magis Episcopus supereminet dignitate, eo magis supereminere debet sanctitate... Omnium virtutum christianarum et sacerdotalium, quas ipse supremo gradu exercere debet, oportet ut exemplum praebeat ». S. Lig. (*Hom. Ap. VII. IV. 65*) ait: « Si pastor cupit ut oves ad montem ascendant, opus est ut praebeat ipse. Episcopus est illa lucerna a Deo super candelabro posita, ut luceat omnibus qui sunt in domo Domini. Igitur oportet (ut dixit Apostolus Tito), Praelatum omnium virtutum, quas in suo grege videre cupit, se exemplum ostendere ». Quia autem amor proprius, maxime quoad personas in dignitate constitutas, magnas hallucinationes inducere solet, duo dantur monita valde necessaria: 1.º Episcopus exemplaria sibi proponat incorrupta, Christum, Apostolos et alios Sanctos; non aspiciat autem peiores, quorum comparatione sanctus sibi videatur; sed perfectos, ut, differentiam conspiciendo, se emendare, illorumque praeclares virtutes emulare satagat. 2.º Roget suum confessorium aut alium virum prudentem ut maxima libertate de quolibet defectu eum commoneat.

2. *Quaenam sunt virtutes, quae in Episcopo magis exiguntur?* Sunt speciatim sequentes:

1.º *Zelus gloriae Dei et salutis animarum, absque ullo respectu humano et cum plena sui ipsius mortificatione.* Dicit Tridentinum (XXV. 1) « Qui » episcopale ministerium suscipiunt... , se non ad propria commoda, non ad » divitias, aut luxum; sed ad labores et sollicitudines pro Dei gloria vocatos » esse intelligant; nec enim dubitandum est, et fideles reliquos ad religionem innocentiamque facilius inflammandos, si Praepositos suos viderint » non ea, quae mundi sunt, sed animarum salutem, ac coelestem patriam » cogitantes ». Et sane date mihi Episcopum solo gloriae Dei et salutis animarum zelo flagrantem, (qui non quod sibi commodum est vel ab antecessoribus fiebat, vel ab aliis fit; sed solum quid faciendum sit, respiciat); et, ni dicam totam Dioecesim sanctificatam, certe tam in clero quam in populo magnam morum reformationem brevi tempore videbis. B. Saulius (*De Off. et mor. Episcopi VII*) scripsit: « Scopus et finis Episcopi debet esse gloria Dei » et salus populi sibi a Deo commissi... Moriatur ergo in ipso spiritus humanus... Non carebit infinitis adulatoribus et detractoribus. Hi oblivioni tradendi, illi dissimulandi; nunquam enim Deo serviet, neque hominibus utilis »



» erit, qui ad linguas dolosas attenderit, et non potius Deum, conscientiam  
» et animum suum consuluerit. Haec est differentia inter eum qui veraciter  
» quaerit sanctitatem, et eum qui non veraciter. Nam primus appetit illa  
» opera quae scit magis placere Deo, quamvis non approbentur ab homini-  
» bus, neque illustria appareant. Secundus hoc solum attendit, nempe quid  
» dicatur... Praelati nihil habere debent in hac vita quod ament, nullum a  
» quo aliquid sperent, neminem quem timeant, nisi Deum et divinum bene-  
» placitum. Vae mihi, inquit Gregorius, qui non excitatus a somno terre-  
» narum rerum cum Samuele, et non purgatus coelesti carbone cum Isaia,  
» in magistrum populis datus sum! ».

3. II.<sup>o</sup> *Spiritus orationis.* Oratio quam maxime necessaria est Episcopis  
1.<sup>o</sup> Quia conspicuis virtutibus praefulgere debent, quae sola oratione adipisci  
et conservari possunt; unde scripsit praedictus B. Saulius (*l. c. VIII*):  
« Vae tibi, Episcopo, si fons devotionis in te siccatus fuerit; irrigat enim  
» omnia virtutum exercitia, sine quo prorsus arescunt ». 2.<sup>o</sup> Quia habent  
populum sibi comunissimum, eorumque orationibus indigentem. 3.<sup>o</sup> Quia Apo-  
stoli (quorum Episcopi sunt successores) orationi pro populo instandum esse  
censebant; unde Apostolus ad Colossenses (*I. 9*) scripsit: « Non cessamus pro  
» vobis orantes et postulantes etc. ». Ad orationem autem tenentur Episcopi  
speciatim in tribus casibus: 1.<sup>o</sup> si nequeant Missam *pro populo* personaliter  
celebrare; 2.<sup>o</sup> in negotiis valde momentosis et difficilibus; 3.<sup>o</sup> in extraordi-  
nariis populi necessitatibus (quo casu contingere potest quod publicas etiam  
preces indicare teneantur). Hinc scripsit idem B. Saulius: « Ob sarcinam  
» pastoralem Episcopus non debet contemplationem deserere... Scopulus sum-  
» mopere cavendus est ab Episcopo, ne scilicet obrutus negotiis tepide oret  
» et exercitia spiritualia intermittat ». Adducit autem exemplum S. Ambrosii,  
et S. Bernardi hac de re scribentis ad Papam Eugenium; et dicit quod inter  
munera Episcopi, oratio primum locum tenet: « Manent itaque in Episcopo  
» tria haec, verbum, exemplum, oratio. Majus horum est oratio: nam, etsi  
» vocis virtus sit opus, operi tamen et voci gratiam efficaciamque promeretur  
» oratio » (*Cap. V*). Notari potest cum SS. mo D. N. Leone XIII (*Const. In  
suprema*) quod Episcopi titulares, etsi non ad Missam celebrandam, tamen  
ad orandum pro miseris Ecclesiis, quarum titulum habent, ex charitate  
tenentur.

4. III.<sup>o</sup> *Frugalitas, simplicitas, contemptus mundi et quaedam sancta  
paupertas.* Tridentinum (*XXV. 1*) dicit: « (S. Synodus) non solum jubet, ut  
» Episcopi modesta suppellectili et mensa ac frugali victu contenti sint; ve-  
» rum etiam in reliquo vitae genere ac tota eorum domo caveant, ne quid  
» appareat, quod... non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum  
» praeseferat ». Et prius Concil. Cartag. IV (*Can. 25*) dixerat: « Episcopus  
» vilem suppellectilem et mensam, et victum pauperem habeat; et dignitatis  
» suae auctoritatem fide et vitae meritis quaerat ». Hinc S. Lig. (*Hom. Ap.  
VII. 65*) scripsit: « Episcopus in cunctis debet efficere ut sancta paupertas  
» splendeat. Paupertas in habenda familia moderata; et tot tantum sibi fa-  
» mulentur, quot suae merae necessitati satisfacere sufficient. Paupertas in  
» vestitu, et in modesta ac simplici domus suppellectili; Episcopus enim qui  
» palatium sumptuosa suppellectili, qua laici oblectantur, ornatum habet, non  
» utique aedificationem praeseferat populo. S. Carolus e domo sua omnia

» aulae tapetia, paramenta et curiosas imagines penitus amovit. Paupertas  
» in mensa frugali; et pro comperto habeatur, quod nihil aliud poterit ma-  
» gis Ecclesiam apud vulgus existimationem conciliare, quam frugalitas in  
» victu: *vivere autem de altari, non luxuriari concessum est* (Can. I. D. 44) ». Multa  
praeclara habet hac de re B. Saulius (*l. c. VI*), ex quo nonnulla  
exeribo: « Volens Christus mundum ad se convertere, elegit Apostolos pau-  
» peres spiritu et humiles, non divitiis ornatos extrinsecus. Sic ergo debent  
» et Episcopi ambulare... Non potest Satanus Satanam ejicere; idest spiritus  
» superbiae, ambitionis et avaritiae non potest talia in mundo expugnare.  
» Nulla splendidior gemma in ornatu Episcopi reperiri potest ipsa humili-  
» tate... Manifestum est ex hujusmodi (pompa) saeculares homines, sive  
» principes sive plebeos scandalizari, concitari ad invidiam et murmuratio-  
» nem. Adde quod, cum Praelatus sit quoddammodo forma gregis, haec fa-  
» cile incitant populum ad pompas, vanitates et alia id genus. Videmus etiam  
» quod, dum Praelati vixerunt pauperes et bona Ecclesiae dispensabant pau-  
» peribus, Principes maxima dona Ecclesiis fecerunt; postea, viventibus  
» ipsis cum luxu, non solum non donarunt, sed potius abstulerunt (*et qui-  
» dem populis sin minus gaudentibus, certe non lugentibus*). Si dicatur:  
» Nunc mos et consuetudo inolevit in contrarium; respondetur quod contra  
» exempla Christi nulla potest consuetudo praescribere. Si dicatur quod hoc  
» fit ut conformentur aliis et non erubescant de singularitate; respondetur,  
» quod nemo debet huic saeculo conformari, sed Christo; neque debet eru-  
» bescere humilitatem Christi: et quando facit homo id quod debet, non ti-  
» meat notari de singularitate. Si dicatur: hoc non facientes erunt notati  
» tamquam avari; respondetur: Aliae sunt viae fugiendi talem notam...  
» faciant eleemosynas, reparent Ecclesias etc. Si dicatur quod hoc fit ut in  
» pretio habeantur et propter auctoritatem Ecclesiae sustentandam; respon-  
» detur 1.<sup>o</sup> Honor est praemium virtutis, non pomparum et luxus... 2.<sup>o</sup> Irri-  
» dentur a Principibus saeculi, non honorantur. Pauperes autem non audent  
» ad hujusmodi accedere, irritantur, scandalizantur; et, si viderent parce-  
» re et cum paupertate vivere, amarent illos et eorum exemplo paupertatem  
» aequanimiter ferrent. 3.<sup>o</sup> Duplex est honor: quidam quem mundus exhibet  
» divitibus et principibus saecularibus: quidam quem viris sanctitate plenis  
» exhibet: et primum non debent (Episcopi) quaerere, sed secundum. Paul-  
» lus carnem jejuniis macerabat, dicens, esse aerem verberare, praedicare  
» et non macerare corpus. Hieronymus dicit, ignominiam et confusionem esse,  
» Christum crucifixum pauperem et esurientem fartis praedicare corporibus,  
» et jejuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre. Si in  
» Apostolorum loco sumus, non solum sermonem illorum, sed et conversa-  
» tionem et abstinentiam imitemur. Gloria Episcopi est pauperum inopiae  
» providere. Ignominia omnium sacerdotum est propriis studere divitiis. Perdit  
» enim auctoritatem docendi cujus sermo opere destruitur. Tres pestes, seu  
» tres serpentes irrepunt in Episcopi dignitatem: honor, pecunia et mensa;  
» et miseri homines propter haec appetunt Episcopatum... Vae ergo tibi,  
» Episcopo, quando sedens ad lautam mensam incipis gaudere, et oblivisci  
» dolorum tuorum, et gravissimorum periculorum atque onerum tuos hume-  
» ros opprimendum! Ardet vitis Ecclesia, flammis vitiorum uritur sponsa,  
» non reperitur qui succurrat, et tu vacas splendori status et deliciis, cum



» oporteret sacco et cinere indutum gemere, vociferare, jejunare et nudis  
 » pedibus cum Isaia incedere. Crescunt morbi, desunt medici (scilicet clerici  
 » probati et docti), et facultates Ecclesiae, quibus medici emendi erant,  
 » consumuntur in splendore status? Versatur in summo periculo aeternae  
 » damnationis Episcopus, cujus curae tot animarum salus commissa est, et  
 » in tanto periculo navigans de splendore vitae cogitat. Clamat Moyses: *Non*  
 » *possum portare populum hunc, obsecro ut interficias me ne tantis affligar*  
 » *malis: et Pastores evangelici vacabunt deliciis et pompis?* »

5. IV.<sup>o</sup> *Immunitas a nepotismo.* Tridentinum (*l. c.*) dicit: « Omnino  
 » vero (S. Synodus) eis (Episcopis) interdicit, ne ex redditibus Ecclesiae con-  
 » sanguineos, familiaresve suos augere studeant, eum et Apostolorum can-  
 » ones prohibeant ne res ecclesiasticas, quae Dei sunt, consanguineis  
 » donent..., nec dissipent illorum causa. Imo, quam maxime potest, eos  
 » S. Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, pro-  
 » pinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesiam semi-  
 » narium extat, penitus deponant ». Vide dicta (*Praxis n. 3710*).

6. V.<sup>o</sup> *Misericordia erga pauperes.* Dicit S. Lig. (*Hom. Ap. VII. 64*):  
 » Episcopus tenetur ad largiendas eleemosynas. Ecclesia redditibus episco-  
 » patum non instruit, ut suo libitu profundat Episcopus, sed ut pauperibus  
 » succurrat. Patrimonium pauperum est mensa episcopalis. S. Gregorius ait  
 » eleemosynam esse primum opus misericordiae quod Pastor suo gregi prae-  
 » stare debet. Oh quot malis potest Episcopus eleemosynis prospicere! Quot  
 » sponsi vivunt in peccato, quia eis non suppetit modus matrimonium per-  
 » ficiendi! Quot pueri ob paupertatem dormiunt una cum parentibus, aut  
 » simul cum puellis in eodem lecto cum tanta animarum pernicie! Ideoque  
 » boni Episcopi curant perquirere a Parochiis de necessitatibus quae adsunt,  
 » et eis imponunt, ut se certiores faciant, quoties aliquod occurrit... S. Tho-  
 » mas de Villanova dicebat quod, si moriendo nummos reliquisset, se pro  
 » damnato habiturus esset ». B. Saulius (*l. c. IX*) distinguit misericordiam  
 a liberalitate, et dicit primam sonare pietatem, secundam saepe vanitatem.  
 Addit non esse dignum nomine Episcopi qui non est misericors, et quasdam  
 dat regulas ut eleemosyna rite perficiatur; monet scilicet 1.<sup>o</sup> non omnia uni,  
 sed aliquid uni, aliquid alteri praestari debere; 2.<sup>o</sup> habendam esse rationem  
 causae paupertatis, loci, temporis, modi, gradus necessitatis, aetatis, debi-  
 litatis; praeferendo viduas, desolatos, infirmos etc.; item cavendo a fictis pau-  
 peribus, et ne sub specie largitatis inutiliter dissipetur patrimonium paupe-  
 rum; 3.<sup>o</sup> non esse praebendum sero, quod cito dandum est; 4.<sup>o</sup> pauperem  
 totaliter vacuum non esse unquam dimittendum. Haec (inquam) dicit B. Saulius;  
 sed practice (his maxime temporibus in quibus Episcopi redditus valde im-  
 minutos habere, et pauperes adeo numerosi, et saepe ficti atque procaces  
 admodum, esse solent) modus eleemosynas faciendi prudentiae Episcopi re-  
 linqui debet. Certe cavendum ne pauper, qui adjuvari nequeat, spernatur.

Quia autem, etsi Episcopus eleemosynas distribuatur quantum potest, infi-  
 nitae adhuc supererunt miseriae, totus erit in providendo ut pauperes aliunde  
 subsidium habeant. Hinc, sive in concionibus sive in epistolis pastoralibus,  
 pauperes et operarios divitibus toto nisu commendabit. Iubebit insuper ut  
 Parochi alique concionatores idem faciant. Speciatim in publicis et extraor-  
 dinariis calamitatibus primus vocem elevet et remedium procuret. Curet prae-

cipue ut in Dioecesi piaae congregationes (qualis est v. g. congregatio S. Vin-  
 centii de Paulo), quae pauperum levamen pro scopo habent, instituantur  
 si non adsint, et florescant atque adaugeantur si adsint. Alicubi Ecclesiastici  
 toti sunt in quaerendis confratribus aut consororibus suppeditantibus pecu-  
 niam pro festis pene in infinitum multiplicatis; unde Christifideles pro pau-  
 peribus jam amplius nihil aut fere nihil facere possunt. Nonne bene esset  
 si Episcopus per legem statueret, ut quaedam determinata hujus pecuniae  
 pars in posterum pro pauperibus destinaretur et Congregationi praedictae  
 traderetur? Sed, quidquid sit de hoc, Episcopus palam faciat se esse vere  
 patrem pauperum; et pauperes atque operarios sibi quam maxime cordi esse.  
 Ad obtinendum amorem et existimationem populorum, atque ad illos red-  
 dendos erga ecclesiam et religionem bene affectos, credo non adesse medium  
 melius isto.

7. VI.<sup>o</sup> *Patientia.* Heu quot molestias, procacitates, contradictiones,  
 oppositiones, minas, censuras, ingrattitudines, accusationes, persecutiones etc.  
 miseri Episcopi pati coguntur! Heu quot spinae sub mitra! B. Saulius (*l. c.*  
*IV*) dixit: « Episcopus non praeparet se nisi ad tribulationes »: et prius  
 S. Jo. Chrysost. dixerat, Episcopatum esse pelagum laborum et abyssum  
 aerumnarum.

8. VII.<sup>o</sup> *Mansuetudo, lenitas, urbanitas, affabilitas (quae tamen a gra-  
 vitate non sejungatur).*

Mansuetudo valde necessaria est Episcopo; iracundia enim iudicium ra-  
 tionis turbat et proinde infinitis erroribus aditum praebet, quorum unus suf-  
 ficere potest ut maxima mala sequantur, et sit veluti scintilla quae magnum  
 generet incendium.

« Si quando a subditis reprehendatur, reddat rationem mansuete » Ita  
 dicebat B. Saulius (*l. c. X*). Si autem rationem reddere nequeat, sit gratus  
 admonenti et se corrigat.

Inimicos, ut plurimum, vincat beneficiis. De quodam Episcopo (ait S. Li-  
 gorius *Hom. Ap. VII. 65*) erat proverbium: *Qui ab Episcopo vult beneficiis*  
*affici, oportet ut de illo male mereatur.* Etsi res eo usque procederent, ut  
 convitiis et contumeliis ab aliquo afficeretur, cogitare deberet se esse patrem  
 et medicum animae illius; atque adeo, tamquam pater et medicus filii phre-  
 netici, non vindictam sed medicinam parat. B. Saulius (*l. c.*).

Caveat a verbis pungentibus, nisi medicinae salutaris rationem habere  
 videantur; et tunc, dum arguit sit mitis, atque indignetur pie, et irascatur  
 patienter. B. Saulius (*l. c.*).

Si quae concedi nequeunt petantur, non equidem concedat, sed simul  
 leniter, non vero dure et aspere, respondeat. B. Saulius (*l. c.*).

Impendat honorem Sacerdotibus, ne dicatur ei proverbium illud: *Cur*  
*ego te habeam Principem, cum me non habeas Senatorem?*

Quod affabilitas et vultus serenitas ad cor omnium sibi devinciendum,  
 mirum in modum deserviat, unusquisque cognoscit.

Quod autem gravitas exigatur in Episcopo, patet quia secus auctoritas  
 et superioritas (speciatim apud leviores) praestigium amitteret; respectus,  
 reverentia, et existimatio immineretur; nimia confidentia oriretur, et con-  
 temptus facilius redderetur.

9. *Fortitudo.* Episcopus debet ordinarie esse tardus ad decisionem



capiendam; et subinde etiam a decisione capta recedere debet, si nempe se errasse, aut circumstantias postea subortas recessum omnino exigere animadvertat. Et notandum quod oppositiones, etiam iniquae, recessum hujusmodi interdum suadere possunt, si nempe propter ipsas ex firmitate majora mala indeclinabiliter secutura essent. Dixi *indeclinabiliter*; aliquando enim bona officia, moderations, exceptiones etc. efficiunt ut ex una parte Episcopus intentum suum assequi valeat, et ex alia oppositiones desinant, vel ita minuantur, ut jam amplius non sint attendendae. His praenotatis, si Episcopus clare et prudenter perspiciat munus suum exigere ut decisionem capiat, vel in decisione jam capta perseveret, fortis esse debet: secus enim nedum muneri suo deficeret, sed etiam levitatis notam incurreret. Erit itaque fortis contra intercessores vel utcumque ex ignorantia vel malitia aliter suadentes: fortis contra amicos et consanguineos; fortis contra laudes; fortis contra munera oblata; fortis contra proprios affectus quoscumque; fortis contra publica dictoria (recolendo quod vulgus uno ore clamavit: *non hunc sed Barabbam*); fortis denique contra persecutiones et minas quaslibet. Dicit S. Lig. (*Hom. Ap. XII. 63*) quod, ut Episcopus bene muneri suo fungatur, sibi conciliare cogitur maledictiones, aversiones et etiam vitae pericula; sed *bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis*. Citat autem verba cujusdem Episcopi qui dicebat, Episcopum in acceptando Episcopatu se praeparare debere ad moriendum aut venenatum aut damnatum.

## CAPUT II.

### *De Episcopo quoad scientiam et studium.*

10. *Cur scientia exigitur in Episcopo?* 1.º Quia est primus Dioecesis magister; 2.º Quia casus difficiles saepe saepius (et pene dixerim quotidie) ad illum deferuntur, qui ut plurimum (propter circumstantias quae dilationem non patiuntur) sine mora indigent ut resolvantur; 3.º Quia errores efficiunt ut Episcopus existimationem amittat, et spernatur.

11. *Quaenam scientia exigitur?* Praecipue juris canonici et Sacrae Theologiae tum dogmaticae tum moralis.

12. *Cur exigitur studium?* Quia ex una parte mitra scientiam capiti non infundit: et ex alia 1.º Hodie ut plurimum Episcopi eliguntur ex Regularibus vel Parochis aliisque Sacerdotibus qui Juris Canonici cursum in scholis non fecerunt; 2.º Novae leges novaeque decisiones efficiunt ut studia in juventute peracta non sufficiant; 3.º Casus particulares sunt saepe ita difficiles et intricati, ut speciales consultationes et speciale studium exigant; 4.º Adde epistolas pastorales, adde Homilias etc.

## CAPUT III.

### *De Episcopo quoad prudentiam.*

13. *Quandonam Episcopus erit prudens?* Quando, officium suum exercendo, caveat a periculo errandi in casibus particularibus.

14. *Cur prudentia speciali modo exigitur in Episcopo?* Quia ex una parte casus propter circumstantias et consequentias ponderationem exigentes

atque adeo periculo errandi subjecti valde saepius occurrunt Episcopo, quam alia officia (v. g., magistri, concionatoris etc.) exercentibus; et ex alia parte errores Episcopi valde majus praejudicium inferre solent.

15. *Quales sunt casus magis momentosi in quibus magna Episcopi prudentia exigitur?* 1.º Admissio ad sacras ordinationes; 2.º Electio Parochorum, Confessariorum, speciatim Monialium, earumque synodorum, Canonico-rum, Superiorum Seminarii etc.; 3.º Correctiones et punitiones; 4.º Novae leges; 5.º Conflictus cum auctoritatibus civilibus; 6.º Responsa et decisiones quaelibet pro casibus qui malas consequentias habere possint; 7.º Modus se gerendi cum mulieribus. Sed de his singillatim agam infra.

16. *Quales sunt regulae principiores, ut Episcopus in omnibus prudenter se gerat?* Prout gravitas negotii exigit, et possibilitas permittit, cavere debet ne, propter sufficientis considerationis defectum, aut male se determinet (v. g. non bene cognoscendo factum, vel non bene judicando quid agendum respondendumve sit); aut bonas determinationes male exequatur. Deservire autem possunt sequentes regulae magis particulares:

I.º Caveat ab informationibus non accuratis, et a falsis vel exaggeratis relationibus; decepti enim et deceptores innumeri sunt; unde non facile credat; et, si negotium ad duos oppositos pertineat, utrumque prius audiat.

II.º Caveat ne respectus humanus (v. g. propter intercessores), aut aliqua passio propria (v. g. irae, vindictae, odii, antipathiae, amoris, avaritiae, superbiae etc.) iudicii rectitudinem turbet.

III.º Caveat ne ex negligentia, vel ex taedio rem bene considerandi, vel ex indole ad iudicium praecipitandum procliva, juxta primam impressionem et sine necessaria consideratione circumstantiarum et consequentiarum, se determinet.

IV.º In qualibet re consideret an liceat, an deceat, an expediat.

V.º Non se fidat de iudicio proprio (etsi circumspecte procedere studuerit) in duobus casibus: 1.º in rebus ad se suosve consanguineos pertinentibus (nemo enim iudex in causa propria), vel si utcumque aliqua passione agitata se animadverterit; 2.º in rebus valde momentosis et difficilibus. Tunc personarum, quae ea in re ad iudicandum idoneae censi debeant, et subinde Capituli consilium exposcere tenetur.

VI.º Si negotii executionem in toto vel in parte aliis esset commissurus, videat an de eorum peritia et diligentia tutus esse possit.

## CAPUT IV.

### *De Episcopo quoad Missam pro populo celebrandam.*

17. *An et quando Missam pro populo celebrare Episcopi teneantur?* Tenentur (sicut Parochi) singulis diebus festis sive de praecepto sive suppressis. Si duas dioeceses unitas (etsi aequae principaliter) habeant, sufficit (ad differentiam Parochorum) si unica Missa dictis diebus celebretur. Haec obligatio ad Abbates jurisdictionem quasi episcopalem in clerum et populum cum territorio separato habentes, non vero ad Episcopos titulares tantum, extenditur. Ita decernitur a SS. mo D. N. Leone XIII. Const. *In suprema*. Hoc



capiendam; et subinde etiam a decisione capta recedere debet, si nempe se errasse, aut circumstantias postea subortas recessum omnino exigere animadvertat. Et notandum quod oppositiones, etiam iniquae, recessum hujusmodi interdum suadere possunt, si nempe propter ipsas ex firmitate majora mala indeclinabiliter secutura essent. Dixi *indeclinabiliter*; aliquando enim bona officia, moderations, exceptiones etc. efficiunt ut ex una parte Episcopus intentum suum assequi valeat, et ex alia oppositiones desinant, vel ita minuuntur, ut jam amplius non sint attendendae. His praenotatis, si Episcopus clare et prudenter perspiciat munus suum exigere ut decisionem capiat, vel in decisione jam capta perseveret, fortis esse debet: secus enim nedum muneri suo deficeret, sed etiam levitatis notam incurreret. Erit itaque fortis contra intercessores vel utcumque ex ignorantia vel malitia aliter suadentes: fortis contra amicos et consanguineos; fortis contra laudes; fortis contra munera oblata; fortis contra proprios affectus quoscumque; fortis contra publica dictoria (recolendo quod vulgus uno ore clamavit: *non hunc sed Barabbam*); fortis denique contra persecutiones et minas quaslibet. Dicit S. Lig. (*Hom. Ap. XII. 63*) quod, ut Episcopus bene muneri suo fungatur, sibi conciliare cogitur maledictiones, aversiones et etiam vitae pericula; sed *bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis*. Citat autem verba cujusdem Episcopi qui dicebat, Episcopum in acceptando Episcopatu se praeparare debere ad moriendum aut venenatum aut damnatum.

## CAPUT II.

### *De Episcopo quoad scientiam et studium.*

10. *Cur scientia exigitur in Episcopo?* 1.º Quia est primus Dioecesis magister; 2.º Quia casus difficiles saepe saepius (et pene dixerim quotidie) ad illum deferuntur, qui ut plurimum (propter circumstantias quae dilationem non patiuntur) sine mora indigent ut resolvantur; 3.º Quia errores efficiunt ut Episcopus existimationem amittat, et spernatur.

11. *Quaenam scientia exigitur?* Praecipue juris canonici et Sacrae Theologiae tum dogmaticae tum moralis.

12. *Cur exigitur studium?* Quia ex una parte mitra scientiam capiti non infundit: et ex alia 1.º Hodie ut plurimum Episcopi eliguntur ex Regularibus vel Parochis aliisque Sacerdotibus qui Juris Canonici cursum in scholis non fecerunt; 2.º Novae leges novaeque decisiones efficiunt ut studia in juventute peracta non sufficiant; 3.º Casus particulares sunt saepe ita difficiles et intricati, ut speciales consultationes et speciale studium exigant; 4.º Adde epistolas pastorales, adde Homilias etc.

## CAPUT III.

### *De Episcopo quoad prudentiam.*

13. *Quandonam Episcopus erit prudens?* Quando, officium suum exercendo, caveat a periculo errandi in casibus particularibus.

14. *Cur prudentia speciali modo exigitur in Episcopo?* Quia ex una parte casus propter circumstantias et consequentias ponderationem exigentes

atque adeo periculo errandi subjecti valde saepius occurrunt Episcopo, quam alia officia (v. g., magistri, concionatoris etc.) exercentibus; et ex alia parte errores Episcopi valde majus praejudicium inferre solent.

15. *Quales sunt casus magis momentosi in quibus magna Episcopi prudentia exigitur?* 1.º Admissio ad sacras ordinationes; 2.º Electio Parochorum, Confessariorum, speciatim Monialium, earumque synodorum, Canonico-rum, Superiorum Seminarii etc.; 3.º Correctiones et punitiones; 4.º Novae leges; 5.º Conflictus cum auctoritatibus civilibus; 6.º Responsa et decisiones quaelibet pro casibus qui malas consequentias habere possint; 7.º Modus se gerendi cum mulieribus. Sed de his singillatim agam infra.

16. *Quales sunt regulae principiores, ut Episcopus in omnibus prudenter se gerat?* Prout gravitas negotii exigit, et possibilitas permittit, cavere debet ne, propter sufficientis considerationis defectum, aut male se determinet (v. g. non bene cognoscendo factum, vel non bene judicando quid agendum respondendumve sit); aut bonas determinationes male exequatur. Deservire autem possunt sequentes regulae magis particulares:

I.º Caveat ab informationibus non accuratis, et a falsis vel exaggeratis relationibus; decepti enim et deceptores innumeri sunt; unde non facile credat; et, si negotium ad duos oppositos pertineat, utrumque prius audiat.

II.º Caveat ne respectus humanus (v. g. propter intercessores), aut aliqua passio propria (v. g. irae, vindictae, odii, antipathiae, amoris, avaritiae, superbiae etc.) iudicii rectitudinem turbet.

III.º Caveat ne ex negligentia, vel ex taedio rem bene considerandi, vel ex indole ad iudicium praecipitandum procliva, juxta primam impressionem et sine necessaria consideratione circumstantiarum et consequentiarum, se determinet.

IV.º In qualibet re consideret an liceat, an deceat, an expediat.

V.º Non se fidat de iudicio proprio (etsi circumspecte procedere studuerit) in duobus casibus: 1.º in rebus ad se suosve consanguineos pertinentibus (nemo enim iudex in causa propria), vel si utcumque aliqua passione agitata se animadverterit; 2.º in rebus valde momentosis et difficilibus. Tunc personarum, quae ea in re ad iudicandum idoneae censi debeant, et subinde Capituli consilium exposcere tenetur.

VI.º Si negotii executionem in toto vel in parte aliis esset commissurus, videat an de eorum peritia et diligentia tutus esse possit.

## CAPUT IV.

### *De Episcopo quoad Missam pro populo celebrandam.*

17. *An et quando Missam pro populo celebrare Episcopi teneantur?* Tenentur (sicut Parochi) singulis diebus festis sive de praecepto sive suppressis. Si duas dioeceses unitas (etsi aequae principaliter) habeant, sufficit (ad differentiam Parochorum) si unica Missa dictis diebus celebretur. Haec obligatio ad Abbates jurisdictionem quasi episcopalem in clerum et populum cum territorio separato habentes, non vero ad Episcopos titulares tantum, extenditur. Ita decernitur a SS. mo D. N. Leone XIII. Const. *In suprema*. Hoc



praeceptum autem fundamentaliter est divinum, dicente Apostolo: « Omnis Pontifex ex hominibus assumptus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis ».

CAPUT V.

De Episcopo quoad praedicationem et generatim quoad officium docendi.

18. Quo jure Episcopi praedicare tenentur?

I.º Jure divino. Enimvero Christus dixit Apostolis (quorum Episcopi sunt successores): « Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium ». Et Act. Apost. C. VI. legitur: « Non est aequum nos derelinquere verbum Dei » et ministrare mensis... Nos vero ministerio verbi instantes erimus ». Et Paulus scripsit Ad Tim. (Ep. II) « Praedica verbum »; 1.ª ad Cor. I: « Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare »; et 1.ª ad Cor. VI: « Vae mihi si non evangelizavero ».

II.º Jure ecclesiastico. Trid. (XXIV. IV) dicit: « Praedicationis munus, quod Episcoporum praecipuum est, cupiens S. Synodus exerceri... mandat, ut in Ecclesia sua ipsi per se, aut, si legitime impediti fuerint, per eos quos ad praedicationis officium assumunt; in aliis autem Ecclesiis per Parochos... saltem omnibus dominicis et solemnibus diebus festis... sacras scripturas, divinamque legem annuntient ». In Episcopi autem consecratione Ecclesia dicit: « Accipe evangelium: vade, praedica populo tibi commisso ».

19. An obligatio praedicandi sit vere personalis in Episcopis? Est personalis simul et realis; quatenus Episcopus debet praedicare per se ipsum; et, si esset legitime impeditus, per alios. Patet manifestissime ex citatis verbis Concilii Tridentini. Hinc S. Carolus Borrom. (Concil. Mediol. p. I. de praedic. verbi Dei) dixit: « Quod si levī de causa aut quodam animi languore impediti, non fecerint, sciant sibi praetermissi necessarii officii Judicii Deo praecipue rationem esse reddendam. Sin autem se interdum vere impeditos noverint, per viros idoneos, ex praescripto ejusdem Concilii, delictos, hoc munus studiosissime populo praestent ». Idem docuit D. Thomas (III. LXVII. II) inquiens: « Officium docendi commisit eis (Episcopis) Christus, ut ipsi per se illud exerceant, tamquam principalissimum », et Benedictus XIV (De Syn. IX. XVII. 5) subjunxit: « Tunc solum libertas illis (Episcopis) data est aliorum opera et ministerio uti, cum ipsi, legitimo detenti impedimento, evangelici verbi panem suis ovibus frangere nequeunt ». Vide alia apud B. Saulium (l. c. Cap. V).

20. An Episcopi suo praedicandi muneri satisfaciant si solum in praecipuis anni solemnitatibus aliquam homiliam ad populum habeant? Et quatenus negative, qua frequentia per se, vel per substitutum (ut supra), praedicare teneantur? Teneri singulis dominicis et diebus festis de praeecepto dicit apertissime, verbis supra citatis, Tridentinum. Dices: Episcopi plurimas alias occupationes habent. Respondeo: Nunquid non etiam tempore Tridentini illas habebant? Occupationes istae id unum efficere possunt ut Episcopi saepius substituto uti possint, quo sensu intelligi debet S. Ligorius (III. 269) quando dixit: « Episcopi rarius quidem quam parochi tenentur conciones facere ». Enimvero ipse S. Lig. (l. c.) scripsit: « Praecipitur tam

» Episcopis quam parochis obligatio concionandi suis populis in Dominicis et » festis solemnibus... Non dubito quin praedictum praeeceptum obliget tam Episcopos quam parochos graviter et absolute ». Idem dicunt Salmanticenses (XXIII. 137) alique Theologi et Canonistae passim, inter quos Lucidi (I. 180) dicit quod in Tridentino, ubi praedictio dicitur esse munus praecipuum Episcoporum, tempora determinantur, quibus praesertim verbi Dei praedictio ab illis obiri debet, nempe saltem omnibus dominicis et solemnibus diebus festis. Vide etiam Pallottini (v. Episcopus § 9. n. 2). Instabis consuetudinem legem abrogasse; sed in contrarium esse videtur quod consuetudines contra Tridentinum et in damnum animarum legitimae esse nequeunt, bene vero tamquam abusus et corruptelae haberi debent, multo magis quia episcopalis praedicationis necessitas his temporibus non jam minor sed valde major est.

21. Ubinam Episcopus debet et potest praedicare? Praedicare debet 1.º in sua Cathedrali; 2.º in aliis Ecclesiis occasione visitationis pastoralis. Praedicare autem potest etiam in Ecclesiis Regularium suae dioecesis, quin ab ullo impedi possit. (S. C. Epp. et Reg. apud Bened. XIV De Syn. IX. XVII. 7).

22. Potestne Episcopus interdicere ne, eadem hora qua ipse personaliter praedicat, praedicent alii? Affirmative; idque Regularibus quoque interdicere potest; non tamen Parochis si intra Missam praedicent. Idem die si Episcopo assistente predicaret alius; attamen solum pro circumstantia extraordinaria et gravissima. Vide Lucidi (Vol. I. Cap. III. n. 183 et 318).

23. Praeter praedicationem, quid generatim de officio docendi in Episcopo? 1.º Quando oporteat ut Dioecesis universa aliqua de re doceatur vel moneatur, epistolis pastoralibus aut aliis mediis id efficere tenetur; 2.º Tolerare nequit ut quis praedicet ad populum quin generalem licentiam obtinerit, aut pro illo casu benedictionem ab eo petiverit; idque valet etiam quoad Regulares, etsi in Ecclesia propria praedicaturi essent, qua de re vide Vecchiotti (I. § 61). Pro locis autem a civitate episcopali dissitis, constituere debet delegatos a quibus praedicandi licentia petatur. 3.º Potest exigere ut qui vult praedicare, prius examen subeat (etsi ageretur de Regularibus, quos, non obstante examine suorum Superiorum, potest examinare si extra sui Ordinis Ecclesiam praedicare velint). Vide Ferraris (v. Praedicare). An autem Episcopus examen istud exigere debeat, pendet a circumstantiis; et certe caecis oculis nequit permittere ut unusquisque officium adeo momentosum exerceat; et maxime si de subjecti scientia sufficienti positive dubitet. Valde autem expediret, ut eloquentiae sacrae scholam (si non adesset) constitueret. 4.º Exigere debet ut libri et scripta quaelibet typis publicanda revisioni ecclesiasticae subjiciantur. Revisores autem non debent esse oblati ab ipsis Auctoribus, bene vero Episcopi motu proprio electi, ab omni suspitione favoris immunes atque doctrina et integritate probati; et unius boni publici solliciti, ut decrevit Alexander VII (vide Index libror. prohibitorum). 5.º Potest, et subinde debet, condemnare doctrinas, libros vel ephemerides noxias et scandalosas. Attamen sive in impedienda publicatione sive in condemnatione libri alicujus, cavere debet Episcopus ne excessive procedat, quod contingeret si de opinione probabili, aut de re tolerabili ageretur; secus enim viri docti et studiosi animo dejicerentur, et sic majora



damna sequerentur. Cf. De Angelis (*I. XXXI. 19*). 6.º Vigilare debet circa scholas (maxime philosophiae et theologiae), ut semper doctrinae sanae tradantur etc.

CAPUT VI.

*De Episcopo quoad Sacram Visitationem.*

24. *Quinam sit scopus sacrae visitationis?* Scopus iste est multiplex. Pontificale Rom. (*Ordo ad visit. parochias*), in sermone quem Episcopus ad populum habere debet, illum sic explicat.

« Pontifex... proponit populo causas adventus sui, quia sacri canones...

» hoc fieri praecipunt propter multa.

» I.º Ad absolvendas animas defunctorum.

» II.º Ut sciat et videat qualiter Ecclesia ipsa spiritualiter et temporaliter gubernetur; quomodo se habeat in ornamentis; qualiter ibi ecclesiastica sacramenta ministrantur, et divina officia peraguntur; quale servitium ibi impenditur; qualis sit vita ministrorum et populi; ut ex officio inquisitionis suae, si quae in praemissis corrigenda fuerint, corrigantur et emendentur.

» III.º Ad adulteria, fornicationes, sacrilegia, divinationes et similia publica in populo punienda (*hodie dicendum erit: corripienda et prouti fieri poterit eliminanda*) ad quod intentum non sufficiunt Ecclesiarum Rectores; ostendens diligenter populo, quam damnabilia et detestanda sint crimina ipsa.

» IV.º Propter casus, qui de jure vel consuetudine ad Episcopum dumtaxat pertinere noscuntur...; protestans plebi, quod si quis vel si qua in aliquo ipsorum casuum, vel in quocumque alio, consilio ejus indiguerit, paratus sit benigne audire (*in confessionali aut alibi*), et consilium et absolutionem impendere, ac poenitentiam misericorditer injungere salutarem.

» V.º Ad exhibendum Sacramentum confirmationis.

» Deinde inducit diligenter populum ad poenitentiam, et instruit in ecclesiasticis Sacramentis, et in articulis fidei; et qualiter debeat declinare a malo et facere bonum; fugere vitia et sectari virtutes etc. ».

25. *Quid igitur, praeter sermonem ad populum (ut supra), et administrationem Confirmationis, Episcopus in sacra visitatione facere debet?*

I.º Interrogare pueros circa catechismum Dioecesanum, ut perspiciat an parochus illos rite docuerit.

II.º « Confessiones et deinde querelas (si quae sunt) audire » (*Pontificale I. c.*).

III.º Auscultationem Praesbyterorum parociae et Parochi peragere; interrogando secreto unumquemque prius circa munera sua, et deinde circa aliorum sacerdotum (et maxime Parochorum et Confessariorum) defectus, nec non utrum in loco adsint abusus, scandala, discordiae etc.

IV.º Inquirere de legatis piis aliisque oneribus, an adimpleantur.

V.º Exigere inventarium (in Cancellaria episcopali postea deferendum et custodiendum), quod omnia bona ecclesiae tam immobilia quam mobilia

non solum indicare sed describere debet; ut scilicet 1.º pateat an in bono, discreto, aut malo statu sint; et quales habeant defectus etc. 2.º in aliis pejoris conditionis aut minoris valoris non mutentur.

VI.º Visitare diligenter objecta ipsa. Quum autem saepe contingat quod Parochi (ne paucos tantummodo et miseros apparatus ostendant) magnam pompam faciant rerum sive propriarum sive sibi commodatarum, et contingere possit etiam quod objecta aliqua (lurida, lacera etc.) ostendere non audeant; ideo valde expediret ut Episcopus declararet, objecta omnia quae visitationi exponuntur esse Ecclesiae atque in inventario jam prius descripta esse debere; si quae autem visitationi exposita non fuerint, jam eo ipso censi suspensa. Archivium quoque Ecclesiae visitare, libros et regesta (baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, mortuorum, status animarum, et Missarum *pro populo*) inspicere; maxime vero examinare an capitalia et jura Ecclesiae in tuto sint, an hypotecae renovatae etc. Interdum denique oportebit ut Episcopus peritum mittat, qui fabricas et fundos Ecclesiae inspiciat, et de necessariis restorationibus referat.

VII.º Decreta (quatenus oporteat) emittere, et postea certiore se reddere an prompte et exacte adimpleta fuerint; secus enim lepidum illud verificaretur effatum: *Quid est visitatio? Episcoporum evagatio, crumenae evacuatio, et nulla morum emendatio.*

26. *Quandonam sacra visitatio peragi debet?* Quotannis; et, si Dioecesis, propter ejus latitudinem, tota intra annum visitari nequeat, saltem intra biennium visitatio complenda erit. Ita Tridentinum (*XXIV. III*). Dilatio tamen ad biennium non extenditur ad monasteria Monialium, quae omnino quolibet anno visitari debent. S. Lig. (*Hom. Ap. VII. 61*).

27. *Quid si Episcopus nullo modo, vel non intra tam breve tempus, visitationem perficere posset?*

I.º Cavendum a vanis praetextibus. Sacra visitatio quam maxime cordi debet esse Episcopis; est enim medium efficacissimum, imo prorsus necessarium, ut Parochi (timore visitationis, speciatim adeo frequentis) mores suos recte componant, scandalis et diceriis occasionem non praebeant, Ecclesiam sacrosque apparatus in bono statu conservent, diligenter pueros instruant, et uno verbo muneribus suis recte fungantur. Adde impressionem magnam et salutarem quam faciunt in Christifidelibus verba Episcopi. Adde quod plurima cognoscentur, quae secus nunquam, vel nimis sero, vel non ita bene cognita fuissent. Episcopus itaque (repeto) a vanis praetextibus caveat: Vicarium Generalem domi relinquat, et (si oporteat) adiutorem ei suppeditet; maxime vero incommoda non respiciat, et muneri suo satisfaciat. S. Lig. (*Hom. Ap. VII. IV. 59*), scripsit: « Oh quot perturbationibus occurritur a Praelato circumeundo et propriis oculis res inspiciendo! S. Carolus Borromeus non omittebat personaliter adire et gravi incommodo visitare etiam regiones remotiores suae dioecesis. Ipse, ut aliquoties adiret aliquod oppidum, reptans per lutulenta et nivosa loca iter fecit... De S. Francisco Salesio narratur etiam, ut aliqua loca visitaret, necesse sibi fuisse per semitas adeo difficiles et asperas progredi, ut plantas pedum decorticatas haberet, adeo ut per plures dies pedibus insistere nequiret. Aliquando contigit ei super foliis dormire, et se roganti ne suam vitam periculo



» exponeret, Sanctus respondebat: *Me vivere non est necesse; sed est necesse ut muneri meo satisfaciam* ».

II.º Si Episcopus motivo absolute justo (v. g. infirmitate) impeditus visitationem peragere nequiret; tunc per Vicarium Generalem aut alium Visitatorem illam peragere deberet. Ita expresse Trident. (l. c.). Si autem causae justae hanc quoque substitutionem impedirent; tunc indultum apostolicum peti deberet. (Cf. Bened. XIV. Const. *Ubi primum* § 5) et Vecchiotti I. § 63).

28. *Occasione S. Visitationis habentne Episcopi jus ad procuracionem?* Illam restringendo ad sola victualia, affirmative. Trid. (l. c.) dicit: « Caveant » ne inutilibus sumptibus cuiquam graves onerosive sint, neve ipsi, aut quisquam suorum, quidquam procuracionis causa pro visitatione... nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant; non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili; exceptis tamen victualibus, quae sibi ac suis frugaliter moderateque, pro temporis tantum necessitate et non ultra, erunt ministranda... Quod si quisquam (quod adsit) aliquid amplius in supradictis casibus omnibus accipere praesumpserit; is, praeter dupli restitutionem intra mensem faciendam, aliis etiam poenis... absque ulla spe veniae, mulctetur ».

29. *In procuracione praedicta comprehendunturne vecturae?* Si standum sit decisionibus, quae a S. Sede hucusque prodierunt, responderi debet negative. Teste Vecchiotti (I. § 64), S. C. C. (25 Febr. 1826) decrevit quod itineris et equorum seu vecturarum expensae nunquam Episcopo visitanti debentur. Vide etiam Lucidi (I. l. 51) et Ferraris (v. Episcopus Cap. VI. n. 115).

30. *Procuratio debeturne Episcopo visitanti etiam in civitate episcopali et suburbii?* Negative. Ita S. C. C. pluries. Cf. Vecchiotti (l. c.).

31. *Quid si consuetudines essent in contrarium?* Apud Acta S. Sedis (XV. 85) legitur: « Nihil esse accipiendum, praeter victualia, sacrae visitationis causa, ita rigore praeeptum fuisse, ut minime proficiat contraria consuetudo, etiam immemorabilis ». Quum quidam Coeremoniarium ex antiqua consuetudine recipere soleret duodecim libellas a Rectoribus Ecclesiarum, S. C. C. interrogata an talem retributionem percipere valeret, (17 Dec. 1881) respondit: *Negative: nisi operam suam praebet a Rectoribus Ecclesiae specialiter invitatus*. Apud Acta (l. c.). Neque dicas quod Episcoporum redditus valde decreverunt; nunquid enim Parochi in meliori statu versantur? Imo in multis Dioecibus plures tanta egestate laborant, ut vix miserabilem cibum habeant quo sustententur, vixque lampadem ante SS. mum Sacramentum servare possint.

32. *Circa sacram visitationem estne aliquod aliud notandum?*

I.º Cavendum ne sacra visitatio in destructionem redundet, quod facile contingeret si Episcopus aut Convisitatores Parochum coram aliis reprehenderent, et sic ejus existimationem et auctoritatem labefactarent; dum casus talis sit ut publicam reprehensionem non exigat.

II.º Trid. (l. c.) dicit: « Paterna charitate, christianoque zelo (Episcopi) » omnes amplectantur; ideoque modesto contenti equitatu, famulatuque, student quam celerrime (debita tamen cum diligentia) visitationem ipsam » absolvere ».

III.º Quamvis possit oportere ut Episcopus ex improvise ad aliquam paroeciam se conferat; si nempe sciret, v. g., quod talis vel talis Parochus residentiae deficit, vel catechismum pueros non docet etc.; tamen, loquendo praecise de sacra visitatione, expedit (v. g., mense antea) admonere parochos, ea etiam de causa ut parochianos ad accurrendum magno numero atque ad recipiendam (post veram peccatorum suorum poenitentiam) SS. mam Eucharistiam manu Episcopi etc., tempestive disponant. Heu quam laudandi sunt autem illi Episcopi, qui missionarios mittunt veluti praecursores, ut tota Dioecesis, occasione sacrae visitationis, in gratia Dei constituatur!

IV.º Expedit ut Episcopus in sacra visitatione ad pias quoque saecularium congregationes animum vertat, curando ut instituantur si non adsint, et magis florescant si adsint.

V.º Quum in Dioecibus soleant adesse paroeciae valde pauperes, in quibus parochi sacrorum apparatus decori providere nequeunt; valde expedit ut Episcopus in civitate episcopali congregationem, quae vulgo *dei sacri tabernacoli* appellatur, instituere curaret: providendo tamen ut sacrae suppellectiles a piis matronis confectae ita distribuantur, ut non jam ad fovendam parochorum avaritiam vel negligentiam, sed solum ad subveniendum verae inopiae deserviant.

VI.º Episcopus libellum memorialem apud se habeat, in quo res principales, et speciatim notitias de sacerdotum moribus et doctrina etc. excribat. Hoc (ait S. Lig. l. c.) potest inservire sexcentis rebus bonis, et praecipue pro electione parochorum, approbatione ad confessiones etc.

VII.º In visitatione monasteriorum sibi subjectorum oportet ut Episcopus auscultationem uniuscujusque Monialis faciat, interrogando utrum in monasterio regulae observentur, colloctiones cum exteris sive laicis sive sacerdotibus evitentur etc. Si tamen quoad electionem Abbatissae adessent in monasterio factiones, cautelam adhibeat, et partialem se non ostendat. S. Lig. (*Hom. Ap. l. c.*).

De visitatione Seminarii sermo habebitur infra.

## CAPUT VII.

### *De Episcopo quoad audientiam et responsa ad epistolas.*

33. *Quid notandum circa audientiam?*

I.º Episcopus subditis suis accessum ad se patentem praebere debet stans horis; imo, pro casibus urgentibus, quacumque hora.

II.º A sermonibus non necessariis absteat, et reminiscatur I.º quod audientia ad mundanam conversationem, vel ad servitia saecularia praestanda, reduci non debet; 2.º quod Episcopus innumeris et gravissimis negotiis obrutus non habet tempus deperdendum; 3.º quod, secus, qui advenerunt nimis expectare vel redire cogentur. Jubeat ut qui advenerint sibi statim annuntientur, ut speciatim Vicarios Foraneos, Parochos, et Sacerdotes aliasve personas longo itinere distantes, cito ad se admittere et expedire valeat.

III.º In colloquiis prudentiam magnam adhibeat; unde, v. g., I.º Audiat multum et loquatur parum, nec facile credat; 2.º De personis (et maxime de Sacerdotibus cum saecularibus) nihil mali dicat; 3.º Querelas audiat



» exponeret, Sanctus respondebat: *Me vivere non est necesse; sed est necesse ut muneri meo satisfaciam* ».

II.º Si Episcopus motivo absolute justo (v. g. infirmitate) impeditus visitationem peragere nequiret; tunc per Vicarium Generalem aut alium Visitatorem illam peragere deberet. Ita expresse Trident. (l. c.). Si autem causae justae hanc quoque substitutionem impedirent; tunc indultum apostolicum peti deberet. (Cf. Bened. XIV. Const. *Ubi primum* § 5) et Vecchiotti I. § 63).

28. *Occasione S. Visitationis habentne Episcopi jus ad procurationem?* Illam restringendo ad sola victualia, affirmative. Trid. (l. c.) dicit: « Caveant » ne inutilibus sumptibus cuiquam graves onerosive sint, neve ipsi, aut quisquam suorum, quidquam procurationis causa pro visitatione... nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant; non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili; exceptis tamen victualibus, quae sibi ac suis frugaliter moderateque, pro temporis tantum necessitate et non ultra, erunt ministranda... Quod si quisquam (quod adsit) aliquid amplius in supradictis casibus omnibus accipere praesumpserit; is, praeter dupli restitutionem intra mensem faciendam, aliis etiam poenis... absque ulla spe veniae, mulctetur ».

29. *In procuratione praedicta comprehendunturne vecturae?* Si standum sit decisionibus, quae a S. Sede hucusque prodierunt, responderi debet negative. Teste Vecchiotti (I. § 64), S. C. C. (25 Febr. 1826) decrevit quod itineris et equorum seu vecturarum expensae nunquam Episcopo visitanti debentur. Vide etiam Lucidi (I. l. 51) et Ferraris (v. Episcopus Cap. VI. n. 115).

30. *Procuratio debeturne Episcopo visitanti etiam in civitate episcopali et suburbis?* Negative. Ita S. C. C. pluries. Cf. Vecchiotti (l. c.).

31. *Quid si consuetudines essent in contrarium?* Apud Acta S. Sedis (XV. 85) legitur: « Nihil esse accipiendum, praeter victualia, sacrae visitationis causa, ita rigore praeeptum fuisse, ut minime proficiat contraria consuetudo, etiam immemorabilis ». Quum quidam Coeremoniarium ex antiqua consuetudine recipere soleret duodecim libellas a Rectoribus Ecclesiarum, S. C. C. interrogata an talem retributionem percipere valeret, (17 Dec. 1881) respondit: *Negative: nisi operam suam praebet a Rectoribus Ecclesiae specialiter invitatus*. Apud Acta (l. c.). Neque dicas quod Episcoporum redditus valde decreverunt; nunquid enim Parochi in meliori statu versantur? Imo in multis Dioecibus plures tanta egestate laborant, ut vix miserabilem cibum habeant quo sustententur, vixque lampadem ante SS. mum Sacramentum servare possint.

32. *Circa sacram visitationem estne aliquod aliud notandum?*

I.º Cavendum ne sacra visitatio in destructionem redundet, quod facile contingeret si Episcopus aut Convisitatores Parochum coram aliis reprehenderent, et sic ejus existimationem et auctoritatem labefactarent; dum casus talis sit ut publicam reprehensionem non exigat.

II.º Trid. (l. c.) dicit: « Paterna charitate, christianoque zelo (Episcopi) » omnes amplectantur; ideoque modesto contenti equitatu, famulatuque, student quam celerrime (debita tamen cum diligentia) visitationem ipsam » absolvere ».

III.º Quamvis possit oportere ut Episcopus ex improvviso ad aliquam paroeciam se conferat; si nempe sciret, v. g., quod talis vel talis Parochus residentiae deficit, vel catechismum pueros non docet etc.; tamen, loquendo praecise de sacra visitatione, expedit (v. g., mense antea) admonere parochos, ea etiam de causa ut parochianos ad accurrendum magno numero atque ad recipiendam (post veram peccatorum suorum poenitentiam) SS. mam Eucharistiam manu Episcopi etc., tempestive disponant. Heu quam laudandi sunt autem illi Episcopi, qui missionarios mittunt veluti praecursores, ut tota Dioecesis, occasione sacrae visitationis, in gratia Dei constituatur!

IV.º Expedit ut Episcopus in sacra visitatione ad pias quoque saecularium congregationes animum vertat, curando ut instituantur si non adsint, et magis florescant si adsint.

V.º Quum in Dioecibus soleant adesse paroeciae valde pauperes, in quibus parochi sacrorum apparatus decori providere nequeunt; valde expedit ut Episcopus in civitate episcopali congregationem, quae vulgo *dei sacri tabernacoli* appellatur, instituere curaret: providendo tamen ut sacrae suppellectiles a piis matronis confectae ita distribuantur, ut non jam ad fovendam parochorum avaritiam vel negligentiam, sed solum ad subveniendum verae inopiae deserviant.

VI.º Episcopus libellum memorialem apud se habeat, in quo res principales, et speciatim notitias de sacerdotum moribus et doctrina etc. excribat. Hoc (ait S. Lig. l. c.) potest inservire sexcentis rebus bonis, et praecipue pro electione parochorum, approbatione ad confessiones etc.

VII.º In visitatione monasteriorum sibi subjectorum oportet ut Episcopus auscultationem uniuscujusque Monialis faciat, interrogando utrum in monasterio regulae observentur, colloctiones cum exteris sive laicis sive sacerdotibus evitentur etc. Si tamen quoad electionem Abbatissae adessent in monasterio factiones, cautelam adhibeat, et partialem se non ostendat. S. Lig. (*Hom. Ap. l. c.*).

De visitatione Seminarii sermo habebitur infra.

## CAPUT VII.

### *De Episcopo quoad audientiam et responsa ad epistolas.*

33. *Quid notandum circa audientiam?*

I.º Episcopus subditis suis accessum ad se patentem praebere debet stans horis; imo, pro casibus urgentibus, quacumque hora.

II.º A sermonibus non necessariis absteat, et reminiscatur I.º quod audientia ad mundanam conversationem, vel ad servitia saecularia praestanda, reduci non debet; 2.º quod Episcopus innumeris et gravissimis negotiis obrutus non habet tempus deperdendum; 3.º quod, secus, qui advenerunt nimis expectare vel redire cogentur. Jubeat ut qui advenerint sibi statim annuntientur, ut speciatim Vicarios Foraneos, Parochos, et Sacerdotes aliasve personas longo itinere distantes, cito ad se admittere et expedire valeat.

III.º In colloquiis prudentiam magnam adhibeat; unde, v. g., I.º Audiat multum et loquatur parum, nec facile credat; 2.º De personis (et maxime de Sacerdotibus cum saecularibus) nihil mali dicat; 3.º Querelas audiat



quidem, sed non nisi re bene examinata eis satisfiat, et maxime parochos aliosque auctoritatem habentes quantum potest sustineat; 4.º Si alii in re petita interesse habeant, nihil decernat nisi illos quoque prius audiat; 5.º Ex nimia cordis bonitate non concedat ea quae propriae auctoritatis limites excedant aut quae utcumque concedenda non sunt: cautissime autem procedat speciatim si res petita ab antecessore fuisset firmiter denegata; 6.º Promissiones, quas forte postea convenienter servare non poterit, non faciat; caveat etiam ne, sive expresse, sive tacite (v. g., satisfactionem ostendendo), spem praebeat, si haec ipsa spes petenti noxia atque adeo querimoniarum causa futura sit; 7.º Si petitioni obsecundare nequeat, ordinarie displicentiam ostendat: causam tamen repulsae non semper indicare poterit, si nempe haec indicatio secretum esset proditura, aut suspectibus vel litigiis vel censuris aditum esset praebitura; 8.º Ab adulatoribus, ab intercessoribus, necnon a personis quae magna loquacitate decipere possunt, valde caveat; 9.º De rebus in posterum expediendis notulam faciat, ne obliviscatur; 10.º Caveat denique quam maxime in audientia praebenda foeminis. Vae si Episcopus permetteret ut hae vel illae ad eum venirent frequenter! Vae si diutius cum illis immoraretur! Vae si jam palam faceret quod conversatio cum foeminis ei placeat! Vae multo magis si confidentiam eis praeberet, si secreta aliqua eis communicaret, si aliquibus in rebus illas consulere, vel si verba teneriora adhiberet cum illis; quae ex levitate, loquacitate, vanitate, jactantia, omnia essent propalaturae! Sed absit quod quis sit eatenus prudentiae et criterii inops.

IV.º In audientia fieri solent correctiones, vel dari praecepta; sed de his sermo habebitur infra.

34. *Quid notandum quoad responsa ad epistolas subditorum?* Episcopus statim illas legere, atque tempestive (juxta casus urgentiam) illis respondere debet.

CAPUT VIII.

*De Episcopo quoad vigilantiam et correctiones.*

35. *Quaenam sunt principia generalia circa vigilantiam et correctiones in Episcopo?*

I.º Certe tenetur ad vigilandum et corrigendum.

II.º Vigilantia et correctiones debent esse tales, ut redundant in bonum, nec majora mala provocent.

III.º Onus vigilandi et corrigendi nequit esse ita excessivum, ut ministerium episcopale intolerabile reddatur. Scripsit Lugo (XIV. 133): « Neque enim tenetur Superior cum quolibet suo damno (inordinationes) impedire, nec ad hoc gravissimum onus intendunt se obligare quando hujusmodi munera suscipiunt; sed ad rationabilem et prudentem vigilantiam et curam, quae proportionata esse debet, et major ad majora, minor ad minus gravia praecavenda ».

36. *Quid notandum speciatim circa vigilantiam?*

I.º Ratio cur Episcopus vigilare debet, est quia ex una parte, seclusa vigilantia, plurima eum laterent, aut non tempestive ad ejus notitiam perve-

nirent; et ex alia, (ut scripsit S. Gregorius) « quae potest esse pastoris » excusatio si lupus oves comedit, et pastor nescit? »

II.º Quum vigilantia super personas saeculares concredita sit parochis, Episcopus (qui dicitur Parochus Parochorum) vigilare debet speciatim super Parochos ipsos aliosque Sacerdotes et clericos; maxime vero circa illos de quibus suspectus jam habeat.

III.º Quum ipse personaliter, praeter occasionem sacrae visitationis, fere nihil animadvertere possit, oportet ut vigilantiam suam exerceat per alios; scilicet 1.º per Vicarios foraneos, qui de proprio officio admonendi sunt, et frequenter interrogandi; 2.º per Parochos, quibus committendum est ut clericis parochianis invigilent, et de iisdem conscientiosam relationem dent. Episcopus uti poterit etiam aliis personis, sed parce et caute admodum; si enim delatoribus non idoneis uteretur, saepe saepius deceptus remaneret, innumeros et valde noxios errores committeret, existimationem amitteret et contemptum sibi procuraret. Quid itaque si Episcopus adeo esset criterii inops, ut ad res sciendas personis pariter judicio carentibus, vel etiam foeminis, uteretur?

IV.º Etsi Episcopus circa clericos adhuc *in sacris* non ordinatos particulares et minutiores informationes capere possit; tamen circa sacerdotes inquisitiones hujusmodi restringere debet ad casus, in quibus suspectus jam adsint, et tunc quoque prudenter; vigilare debet quippe Episcopus, sed semper prudentia duce, ne futurum sit ut inquisitiones excessivae majora mala producant. Rectissime scripsit Diana (Tom. VII. IV. 25. 3) quod minuta inquisitio « generat scandala, et occasionem praebet odiis et dissensionibus. » Nam homines moleste ferunt sua ab aliis facta scrutari, et suapte natura talis inquisitio injuriam infert proximo, cujus honori adversatur et aestimationi, quam de se optimam omnes habere cupiunt. Inquirat ergo Episcopus in genere, v. g., a vicario foraneo, utrum in ejus vicariatu aliquis parochus vel sacerdos male se gerat, vel an contra aliquem suspectus adsint; sed in particulari scilicet de tali vel tali (tacitis aliis) non interroget, nisi graves suspectus contra illum jam haberet. Adde quod secus, onus intolerabile et infinitis scrupulis subjectum Episcopis imponeretur.

37. *Quid notandum est speciatim circa correctiones?*

I.º Inordinationes, quae sint non huic vel illi particulares, sed multis communes, litteris encyclicis aliisve publicis decretis aut monitis, non vero correctionibus privatis, eliminare Episcopus niti debet.

II.º Correctio potest esse *directa* vel *indirecta*. Directa quando Episcopus apertis verbis illam facit. Indirecta quando alio modo procurat ut delinquens resipiscat, v. g., curando ut cum aliis ad exercitia spiritualia se conferat, vel ut aliquis ejusdem amicus (tacita insinuatione superioris) illum admoneat, vel callide loquendo quasi sermo haberetur de alio etc.

III.º Correctio directa (saltem hodie apud nos) saepe est inutilis vel etiam noxia; unde Episcopus ad casus raros illam reservare debet, ne cogatur dicere cum S. Bernardo (Serm. 42 in Cantic.): « Mallem aliquando tacuisse, quam ad tantam reprehendisse perniciem ». Si tamen correctio censenda sit non noxia (Prax. n. 705), sed utilis (l. c. n. 797), simulque necessaria (l. c. n. 799), et opportuna (l. c. n. 800), utique tunc Episcopus ad illam devenire debet. Optime dicit B. Saulius (Cap. III): « Mater, quae



» non accipit gladium de manu pueri, ne videat eum flentem, postea videt  
» eum vulneratum et occisum. Ita Praelatus, qui nimium compatiens est  
» in corrigendo, est causa mortis spiritualis subditorum ». Adde quod ut  
plurimum agitur de scandalis, et quidem magnis. Dominus autem dicit  
(*Ezech. XXXIII. 5*): « Si non fueris locutus, sanguinem ejus de manu  
» tua requiram ».

IV.º Difficile est quod oporteat vel expediat ad correctionem procedere,  
nisi de peccato sacerdotis aut publicus rumor adsit, aut prudens certitudo  
habeatur. Secus, Episcopus non raro corrigeret innocentes, et sic malevol-  
entiam contra se concitaret atque existimationem amitteret; quod utique  
in publicum damnum valde redundaret. Delatoribus itaque criterio et probi-  
tate non satis tutis se non circumdet; delatione autem habita, (propter peri-  
culum falsitatis vel exaggerationis) non praepropere procedat, et sinat ut  
tempus rem bene dilucidet; cautelam autem specialissimam habeat dum primi-  
tus ad Dioecesim venerit. Interdum tamen casus potest esse adeo gravis, ut  
etiam in dubio nulla interjecta mora sacerdotem suspectum advocare debeat.

V.º Supposita etiam peccati certitudine, correctio potest esse inutilis vel  
noxia; ex una parte enim plurimi sacerdotes hodie (attentis temporum cir-  
cumstantiis) parum vel nihil ab Episcopis timere possunt; et ex alia corre-  
ctiones Episcopi (utpote quae amorem proprium valde feriunt) in malam  
partem accipi solent a non paucis, qui correcti ad pejora procedunt, aliasque  
inordinationes provocant. Casum habes speciatim in personis superbis, prae-  
potentibus, Episcopo infensis, a longo tempore habitatis et alias frustra  
correctis etc.

VI.º Circumstantiae, quae Episcopo suadere possunt ut ad correctionem  
procedat, sunt speciatim sequentes: 1.º Gravitas casus, quae talis ac tanta  
esse potest, ut, quamvis spes fructus valde exigua esset, vel etiam mala  
(speciatim transitoria) pertimescerentur; nihilominus per correctionem re-  
medium tentari debeat; idque maxime si ipsa Episcopi taciturnitas scanda-  
lum ingereret, vel ad terrorem aliorum correctio aut punitio necessaria  
esset; 2.º Si delinquens, v. g., indigeret promoveri, vel de suspensione aliove  
magno damno formidare deberet; 3.º Si delinquens bonae indolis esset, et  
maxime si solum ex ignorantia, inadvertentia vel imprudentia ita se ges-  
sisset; 4.º Si non de rebus probrosis, sed de pace componenda ageretur;  
5.º Si Episcopus propter citationem vel recursum, cui ex necessitate satisfacere  
debeat, ad vocandum aliquem sacerdotem cogeretur.

38. VII.º Circa modum correctionem exequendi notari possunt sequentia:

1.º Procuret Episcopus ut sit ipse irreprehensibilis; secus enim erit casus  
dicendi: *Medice, cura te ipsum*; et S. Isidorus (*II. Off. ad S. Fulg. V*)  
scripsit: « Qui de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus ».

2.º Dempto casu in quo taciturnitas Episcopi scandalum ingereret, et jam  
oporteat ut (attenta gravitate et publica certitudine delicti) correctio sit  
notoria, ordinarie Episcopus corrigere debet secreto, in camera caritatis, et  
cavendo ne familiares quidquam percipiant et evulgent. Praeterquamquod enim  
correctio publica nimis offendere et in malam partem accipi solet, posset  
veram injuriam constituere (reddendo publicum quod est secretum, vel cer-  
tum quod apud populum est dubium), atque insuper in praejudicium aucto-  
ritatis et sic in damnum publicum redundare, ut puta, si qui publice corri-

gitur esset Parochus. Si autem correctiones publice fieri debeant, tunc ma-  
xime oportet, ut Episcopus (nisi gravissima causa obstet) sit impartialis;  
ne scilicet correctus conqueri possit dicendo: Cur me solum corripis, dum  
hic vel ille pejus facit, et tu nihil dicis?

3.º Oportet ut (seclusis casibus urgentissimis) expectetur tempus oppor-  
tunum. Sic, v. g., interdum expectandum est ut (prout vulgo dicitur) vul-  
nus sit maturum; vel ut appareat aliquid quod meliorem efficacius corrigendi  
occasionem praebet; vel ut passiones sint aliquantulum sedatae; furibundus  
enim male corrigi poterit. Dicebat Cornelius Celsus: « In ipso impetu febris  
» sanguinem emittere, hominem jugulare est. Expectanda remissio ». (*Prax.*  
*n. 800*).

4.º In casibus gravioribus et difficilioribus Episcopus pro felici correctio-  
nis exitu Deum oret.

5.º Efficaces paret rationes; et, si obiectiones vel difficultates praevideat,  
ad illas solvendas se praeparet.

6.º Caveat ne ex passione aliqua (v. g., amoris proprii), vel in aestu  
irae, ad correctiones procedat. Clarissime autem patefaciat quod ex solo  
amore boni, et voluntate satisfaciendi muneri suo, ita se gerit, sicut pater  
qui corrigit et castigat filium quem amat, imo et quia illum amat. Sic porro  
Praelatus amabitur etiam quando timebitur.

7.º Homines amore et timore moventur. Episcopus primitus (saltem ordi-  
narie) viam amoris tenebit. Delictum itaque non exaggerabit; et, si illud  
dubium foret, cavebit ne loquatur quasi certum esset. Imo, etsi sciat, deli-  
ctum certissime fuisse commissum, non raro melius erit ut hanc cognitionem  
abscondat, et de solis dieteriis quae fiunt sermonem habeat. Si qui corrigitur  
bonis etiam qualitibus polleat, has laudet; et dicat se paternam admoni-  
tionem facere, quia scit illum esse bonum atque obtemperatum. Correctio  
suapte natura amorem proprium offendit, et totum periculum ne boni pa-  
storis verba in malam partem accipiantur, ex hac amoris proprii offensione  
procedere solet; quem proinde, quantum possibile est, quietum servare et  
quodammodo blandiri oportet. Episcopus itaque, sepositis obiurgationibus ver-  
bisque vehementibus, serio quidem, sed mitissime loquatur; neque ab hac via  
facile recedat, etsi forte (prout etiam accidere potest) correctus aliquod verbum  
paullo injuriosum contra illum proferat. Imo interdum expedit ut Episcopus  
indirecte procedat, et, quasi delictum commissum ignoraret, de illo ne ver-  
bum quidem faciat; sed, si peccator aliud vitium minus quidem probrosum  
sed ab Episcopis corrigi solitum habeat, ex hoc occasionem sumat illum  
adhortandi et simul aeternas veritates meliori modo possibili in ejus mentem  
revocandi, ut sic per viam indirectam a miserrimo peccati mortalis statu  
eum eripere satagat. Lenitas hujusmodi teneri debet praecipue cum quibus-  
dam personis, scilicet 1.º cum senibus, dicente Apostolo (*I. Tim. V*): « Se-  
» niorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem »; 2.º cum potentibus, di-  
gnitate fulgentibus, indole superbis etc. Benignitas adhibenda est etiam cum  
pusillanibus, et cum illis qui ex sola fragilitate vel ignorantia delique-  
runt; hi enim edoceri, de modo emendationis instrui, et in spem emenda-  
tionis erigi, potius quam corrigi debent. Prima correctione non juvante,  
interdum secunda et tertia tentari debebit; unde scripsit D. Chrysostomus:  
« Dixisti semel et non audivit: dic bis et ter et toties donec persuaseris ».



Hoc tamen nec nimis frequenter, nec quando jam prorsus inutile et ridiculum evaderet, fieri debet.

Si tandem per viam amoris nihil obtineri possit, (vel si haec via ne sit tentanda quidem), tunc Episcopus (si prudentia id sinat) viam timoris adhibebit; idque praecipue locum habere poterit quoad obstinatos, peccantes ex profunda malitia, defendentes sua delicta, protervos, arrogantes etc. Caveat tamen Episcopus ne contra hos quoque in objurgationibus et minis limites excedat, scandalum ingerat, aut majora mala provocet. Si autem procedendum sit ad punitiones, vide Praxim (n. 3378 et seqq.), et Tractatum *De censuris*.

CAPUT IX.

*De Episcopo quoad bonum et sufficientem clerum sibi comparandum.*

39. *Quibus mediis ad bonum et sufficientem clerum sibi comparandum uti debet Episcopus?* Debet 1.º promovere et adjuvare vocationes; 2.º curam habere seminarii; 3.º providere circa alios clericos extra seminarium degentes; 4.º recte se gerere quoad admissionem ad sacras ordinationes; 5.º satagere ut spiritu ecclesiastico et doctrina clerus semper emineat.

ARTICULUS I.

*De promovendis et adjuvandis vocationibus.*

40. *Quibus industriis poterit Episcopus in Dioecesi sua vocationes promovere?* 1.º Procuret ut mediis omnibus, et speciatim ope sacrarum missionum, fides et pietas in familiis christianis florescant; dicebat enim S. Franciscus Salesius quod Deus bona educatione ad vocationes excitandas saepe saepius uti solet; 2.º Satagat ut Sacerdotes, et speciatim Parochi, magnam puerorum curam habeant, ex quibus clericos Ecclesiae dare nitantur; 3.º Scholas et oratoria pro pueris sub directione Sacerdotum piorum et zelantium promoveat.

41. *Quomodo vocationes adjuvare poterit?* Quum vocationes excitentur speciatim ruri et in familiis pauperibus (in quibus religio magis conservatur); oportet (si Dioecesis clericorum penuria laboret) ut promoveantur pia sodalitia, quae, ad clericos alendos et adjuvandos, vel ad militare servitium (si fieri possit) iisdem imminuendum, oblationes faciant atque a fidelibus colligant. Cf. Scavini (IV. 277).

ARTICULUS II.

*De cura Seminarii.*

42. *Quid in genere de obligatione Episcopi habendi curam Seminarii?* Ad hanc tenetur non solum ex Tridentino (XXIII. XVIII), sed ex ipsa rei natura; ut enim in qualibet Dioecesi seminarium ecclesiasticum servetur et floreat, res est primae necessitatis, idque maxime his miserrimis temporibus, in quibus tanta adest necessitas ut vocationes foveantur, et sancti

doctique Sacerdotes Ecclesiae adeo indigenti praeparentur. S. Ligorius (*Regole per i Seminarii*) dicere non dubitavit: « Heu quot Episcopi, eo quod » Seminarium neglexerint, damnabuntur! »

43. *Quaenam prae oculis habere debet Episcopus ut Seminarium recte procedat?* Duo: 1.º Disciplinam; 2.º Administrationem temporalem. Ad haec autem pertinent praecipue regulae, studia, moderatores, et deputati.

44. *Quid de regulis?* Tridentinum dicit: 1.º Alumni singulis diebus Missae Sacrificio intersint; 2.º saltem singulis mensibus confiteantur peccata; 3.º juxta confessoris iudicium sumant Corpus Domini Nostri Jesu Christi; 4.º Cathedrali aut aliis loci Ecclesiis diebus festis inserviant; 5.º Discolorum acriter puniantur, et, si opus fuerit, expellantur. Prudentiae autem Episcopi cum consilio Deputatorum, ut aliae regulae opportunae aut necessariae superaddantur, Concilium remittit. Regulae, quae passim (cum S. Ligorio *Hom. Ap. VII. 53*) adduntur, sunt sequentes: 1.º quotidiana meditatio; 2.º quotidiana lectio spiritualis (tempore mensae); 3.º quotidiana visitatio SS. mi Sacramenti; 4.º quotidianum conscientiae examen; 5.º silentium extra tempus recreationis; 6.º exercitia spiritualia singulis annis; 7.º Dies recollectionis spiritualis singulis mensibus (alicubi vice hujus recollectionis habentur exercitia spiritualia bis in anno); 8.º vetantur amicitiae particulares; 9.º Idem S. Ligorius confessionem quolibet octavo die aut saltem bis in mense exigebat; 10.º Si ad scholas Seminarii admittantur clerici externi, quaelibet eum iisdem communicatio severe interdicatur. Lucidi (l. c. 3).

45. *Quid de studiis?* Tridentinum (l. c.) dicit « Grammaticae, cantus, » computi ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discent: sa- » cram Scripturam, libros ecclesiasticos, homilias sanctorum; atque sacra- » mentorum tradendorum, maxime quae ad confessiones audiendas videbuntur » opportuna, et rituum ac caeremoniarum formas ediscent ». Haec Tridentini verba communi praxi et S. C. C. sensu ita intelliguntur, ut in quolibet seminario adsint studia 1.º Grammaticae Latinae; 2.º Humanarum litterarum; 3.º Rhetoricae et maxime eloquentiae (Cf. Benedictum XIV *Instit. LIX. n. 114*); 4.º Philosophiae (per duos annos), physicis et mathematicis disciplinis non exclusis; 5.º Theologiae moralis et dogmaticae; 6.º Sacrae Scripturae; 7.º Juris Canonici; 8.º Cantus Gregoriani; 9.º Sacrorum rituum et computi ecclesiastici. Non autem approbatur quod adsint solum studia philosophica et theologica, aut quod (omissa Rethorica) a Grammatica ad Philosophiam convoletur. Cf. Lucidi (II. VI. 51-55). Quia autem non pauci alumni progressu temporis vocationem ad statum ecclesiasticum non habere reperientur, jam necesse erit ut scholae ita sint institutae, ut quotquot ad theologiae studium procedere nolint, ad examina juxta Gubernii leges pro scholis vel Universitatibus saecularibus sustinenda, apti esse possint; unde jam exiguntur scholae linguae Graecae, geographiae, historiae patriae etc.

46. Circa haec studia ego sequentia notarem:

1.º Vellem ut in studiis ecclesiasticis, reseratis rebus pene inutilibus (quae speciatim in Theologia dogmatica, circa haereses antiquissimas cum innumeris objectionibus inseri solent), juvenes studiis ad praxim magis deservientibus, cujusmodi sunt theologia pastoralis et eloquentia sacra (unde Tridentinum exigit ut edoceantur in *homiliis sanctorum*) ita instruerentur, ut exeuntes e seminario jam optimam directionem habuerint, qua confessarii,



Hoc tamen nec nimis frequenter, nec quando jam prorsus inutile et ridiculum evaderet, fieri debet.

Si tandem per viam amoris nihil obtineri possit, (vel si haec via ne sit tentanda quidem), tunc Episcopus (si prudentia id sinat) viam timoris adhibebit; idque praecipue locum habere poterit quoad obstinatos, peccantes ex profunda malitia, defendentes sua delicta, protervos, arrogantes etc. Caveat tamen Episcopus ne contra hos quoque in oburgationibus et minis limites excedat, scandalum ingerat, aut majora mala provocet. Si autem procedendum sit ad punitiones, vide Praxim (n. 3378 et seqq.), et Tractatum *De censuris*.

CAPUT IX.

*De Episcopo quoad bonum et sufficientem clerum sibi comparandum.*

39. *Quibus mediis ad bonum et sufficientem clerum sibi comparandum uti debet Episcopus?* Debet 1.º promovere et adjuvare vocationes; 2.º curam habere seminarii; 3.º providere circa alios clericos extra seminarium degentes; 4.º recte se gerere quoad admissionem ad sacras ordinationes; 5.º satagere ut spiritu ecclesiastico et doctrina clerus semper emineat.

ARTICULUS I.

*De promovendis et adjuvandis vocationibus.*

40. *Quibus industriis poterit Episcopus in Dioecesi sua vocationes promovere?* 1.º Procuret ut mediis omnibus, et speciatim ope sacrarum missionum, fides et pietas in familiis christianis florescant; dicebat enim S. Franciscus Salesius quod Deus bona educatione ad vocationes excitandas saepe saepius uti solet; 2.º Satagat ut Sacerdotes, et speciatim Parochi, magnam puerorum curam habeant, ex quibus clericos Ecclesiae dare nitantur; 3.º Scholas et oratoria pro pueris sub directione Sacerdotum piorum et zelantium promoveat.

41. *Quomodo vocationes adjuvare poterit?* Quum vocationes excitentur speciatim ruri et in familiis pauperibus (in quibus religio magis conservatur); oportet (si Dioecesis clericorum penuria laboret) ut promoveantur pia sodalitia, quae, ad clericos alendos et adjuvandos, vel ad militare servitium (si fieri possit) iisdem imminuendum, oblationes faciant atque a fidelibus colligant. Cf. Scavini (IV. 277).

ARTICULUS II.

*De cura Seminarii.*

42. *Quid in genere de obligatione Episcopi habendi curam Seminarii?* Ad hanc tenetur non solum ex Tridentino (XXIII. XVIII), sed ex ipsa rei natura; ut enim in qualibet Dioecesi seminarium ecclesiasticum servetur et floreat, res est primae necessitatis, idque maxime his miseris temporibus, in quibus tanta adest necessitas ut vocationes foveantur, et sancti

doctique Sacerdotes Ecclesiae adeo indigenti praeparentur. S. Ligorius (*Regole per i Seminarii*) dicere non dubitavit: « Heu quot Episcopi, eo quod » Seminarium neglexerint, damnabuntur! »

43. *Quaenam prae oculis habere debet Episcopus ut Seminarium recte procedat?* Duo: 1.º Disciplinam; 2.º Administrationem temporalem. Ad haec autem pertinent praecipue regulae, studia, moderatores, et deputati.

44. *Quid de regulis?* Tridentinum dicit: 1.º Alumni singulis diebus Missae Sacrificio intersint; 2.º saltem singulis mensibus confiteantur peccata; 3.º juxta confessoris iudicium sumant Corpus Domini Nostri Jesu Christi; 4.º Cathedrali aut aliis loci Ecclesiis diebus festis inserviant; 5.º Discoli acriter puniantur, et, si opus fuerit, expellantur. Prudentiae autem Episcopi cum consilio Deputatorum, ut aliae regulae opportunae aut necessariae superaddantur, Concilium remittit. Regulae, quae passim (cum S. Ligorio *Hom. Ap. VII. 53*) adduntur, sunt sequentes: 1.º quotidiana meditatio; 2.º quotidiana lectio spiritualis (tempore mensae); 3.º quotidiana visitatio SS. mi Sacramenti; 4.º quotidianum conscientiae examen; 5.º silentium extra tempus recreationis; 6.º exercitia spiritualia singulis annis; 7.º Dies recollectionis spiritualis singulis mensibus (alicubi vice hujus recollectionis habentur exercitia spiritualia bis in anno); 8.º vetantur amicitiae particulares; 9.º Idem S. Ligorius confessionem quolibet octavo die aut saltem bis in mense exigebat; 10.º Si ad scholas Seminarii admittantur clerici externi, quaelibet eum iisdem communicatio severe interdicatur. Lucidi (l. c. 3).

45. *Quid de studiis?* Tridentinum (l. c.) dicit « Grammaticae, cantus, » computi ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discent: sa- » cram Scripturam, libros ecclesiasticos, homilias sanctorum; atque sacra- » mentorum tradendorum, maxime quae ad confessiones audiendas videbuntur » opportuna, et rituum ac caeremoniarum formas ediscent ». Haec Tridentini verba communi praxi et S. C. C. sensu ita intelliguntur, ut in quolibet seminario adsint studia 1.º Grammaticae Latinae; 2.º Humanarum litterarum; 3.º Rhetoricae et maxime eloquentiae (Cf. Benedictum XIV *Instit. LIX. n. 114*); 4.º Philosophiae (per duos annos), physicis et mathematicis disciplinis non exclusis; 5.º Theologiae moralis et dogmaticae; 6.º Sacrae Scripturae; 7.º Juris Canonici; 8.º Cantus Gregoriani; 9.º Sacrorum rituum et computi ecclesiastici. Non autem approbatur quod adsint solum studia philosophica et theologica, aut quod (omissa Rethorica) a Grammatica ad Philosophiam convoletur. Cf. Lucidi (II. VI. 51-55). Quia autem non pauci alumni progressu temporis vocationem ad statum ecclesiasticum non habere reperientur, jam necesse erit ut scholae ita sint institutae, ut quotquot ad theologiae studium procedere nolint, ad examina juxta Gubernii leges pro scholis vel Universitatibus saecularibus sustinenda, apti esse possint; unde jam exiguntur scholae linguae graecae, geographiae, historiae patriae etc.

46. Circa haec studia ego sequentia notarem:

1.º Vellem ut in studiis ecclesiasticis, reseratis rebus pene inutilibus (quae speciatim in Theologia dogmatica, circa haereses antiquissimas cum innumeris objectionibus inseri solent), juvenes studiis ad praxim magis deservientibus, cujusmodi sunt theologia pastoralis et eloquentia sacra (unde Tridentinum exigit ut edoceantur in *homiliis sanctorum*) ita instruerentur, ut exeuntes e seminario jam optimam directionem habuerint, qua confessarii,



parochi, vice-parochi, concionatoris, directoris monialium etc. officia exercere, et sic validi operarii ad laborandum in vinea Domini evadere possent. Ecclesia quippe non tam magnis Doctoribus, quam bonis et fructuosis operariis indiget.

47. II.º In Dioecesibus adesse solent juvenes, qui (variis de causis) studia regulariter et plene (ut supra) perficere non possunt, et nihilominus viam ecclesiasticam inire desiderant. Si Episcopus animadvertat eos suae dioecesi futuros esse utiles, exceptiones in eorum favorem facere, atque studiis stricte necessariis contentus esse poterit, imo facile debet. Studia autem stricte necessaria sunt quae pro Ordinum susceptione Tridentinum exigit, quaeque profecto (ad differentiam studiorum quae pro scholis Seminarii praescribit) admodum modica sunt; nempe ut ordinandi 1.º sciant legere et scribere (*Trid. XXIII. IV*); 2.º linguam latinam intelligant (*l. c. XI*); attamen bene et expedite; secus enim ad studia ecclesiastica quomodo aptitudinem et amorem habere possent? 3.º sciant politiores litteras, tam nationali quam latino idiomate sat bene loquendo et scribendo (*l. c. XIII*); 4.º Quoad Presbyteratum, sciant ea quae exiguntur « ad populum » docendum ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem, ac mini- » stranda Sacramenta » (*l. c. XIV*); cui requisito jam abunde satisfi si ordinandi ad Presbyteratum totam aut fere totam Theologiam moralem et dogmaticam cum profectu jam persolverint. Dixi *abunde*; et hac de re sermo habebitur infra.

48. *Quid de moderatoribus?* Pro Seminario exiguntur praecipue 1.º Rector; 2.º Director spiritualis; 3.º Oeconomus; 4.º Praefecti pro singulis classibus et Vice-praefecti; 5.º Confessarii; 6.º Magistri.

49. *Quid de Rectore?* Illius partes sunt vigilare, corrigere, omnia recte disponere etc. De illo S. Carolus (*Inst. Sem. Cap. I*) dicit: « Sit prae » caeteris aetate proventus, auctoritate gravis, spectata probitate, ab omni » onere residendi (alibi) solutus, peritus disciplinae clericalis; ac ejus prae- » cipue, quae ad seminarium spectat; maximeque expediret ut ex eorum » numero eligeretur, qui olim in Seminario fuerint instituti; atque ecclesia- » sticae disciplinae retinens et studiosus, et in iis sit intelligens rebus quae » sunt temporalis administrationis; omnium primus, eique caeteri... in omni- » bus prorsus rebus quae ad Seminarii referuntur utilitatem, obtemperare » teneantur ». Addit Lucidi (*II. VI. 32*): « Rector, qui graviore aetate fuerit » affectus, viresque nimis attritas ad tantum munus alacriter sustinendum » habeat, hoc labore deoneratus, honorifico praefecti studiorum munere » decoretur ». Et prius (*n. 30*) dixerat: « Munus Rectoris cum Confessarii » munere non esse plane cumulandum. Nam ex parte alumnorum valde ti- » mendum foret, ne cum animae suae periculo ei sui cordis maculas sordes- » que detegere reformident, cui imperium ac potestas est sese exterius im- » properandi ac poenis coercendi; ex parte vero Rectoris, periculum adest » ne notitiis in confessione acquisitis uti velit, aut videatur uti in exer- » cendis extrinsecus sui ministerii partibus, quae res odium contra sanctis- » simum Poenitentiae Sacramentum in animis adolescentium creare posset ».

50. *Quid de Directore spirituali?* Est quasi Parochus, eique competit edocere alumnos de omnibus virtutibus christianis et maxime clericorum propriis, congruisque exhortationibus omni nisu curare ut alumni ipsi Sacer-

dotes exemplares, vero zelo praediti, et Ecclesiae valde utiles evadant; ad quod obtinendum praecipue oportet ut alumni quemlibet finem terrenum abjiciant, propriam voluntatem abnegent, et solum Dei gloriam atque animarum salutem (non curando labores, sacrificia etc.) sibi praestituant. Necessitas Directoris, (qui ita revera verbo et exemplo se gerat), principalissima est. Sed heu quot in locis Director spiritualis est (ut ita dicam) tamquam ultima in carmine quae non consideratur. Heu scilicet quot Seminaria habent quidem Directorem Spiritualem, sed solum (ut ita dicam) pro forma! Celebrat Missam, audit confessiones aliquorum Alumnorum, assistit Vesperis, examinat Alumnos modo mere materiali circa Dioecesani Catechismi formulas: et de caetero nihil aut fere nihil aliud facit. Rustici in agris et pastores in montibus multo abundantius pabulum recipiunt a propriis Parochis (qui singulis diebus dominicis et festis illos instruunt et paterno modo adhortantur), quam Seminaristae ab his Directoribus Spiritualibus (qui aut fere nunquam os aperiunt, aut sunt velut aes sonans vel cymbalum tinniens). In Seminariis istis disciplina erit quidem fortasse rigidissima et ferme (ut ita dicam) militaris; sed, ut juvenes internas passiones coerceant, tentationes vincant, amorem Dei concipiant, virtuosus evadant, divinae gloriae saluti- » que animarum desiderio flagrent, et in hunc finem statum ecclesiasticum eligant, atque in electione facta firmi immaneant, nunquid exterior illa disciplina sufficere? Minime profecto; bene vero instructiones multae, impulsus multi, et auxilia multa, quibus mens illuminetur et cor moveatur atque confortetur, desiderantur.

51. *Quid de Oecono?* Est administrator et provisor pro rebus temporalibus. Etiam officium istud est maximae necessitatis; quid enim si Seminarium in spiritualibus optime quidem procederet, sed propter malam administrationem et aes alienum eo tandem deveniret ut claudi deberet? Periculum istud non est rarum. Cur? Quia Episcopus in Oecono eligendo id solum respexit ut ille computos facere et omnia notare sciret. At vero ad Seminarium sustinendum non sufficiunt additiones, subtractiones aliaque operationes arithmeticae; non sufficit scilicet ut Oeconomus sit computista; sed exigitur ut sit veluti pater-familias, qui magna cura sciat 1.º credita exigere; 2.º fabricas aliaque omnia in tuto atque in bono statu servare; 3.º expensas non stricte necessarias reserare, necessarias vero tali dextertate, parsimonia et studiositate facere, ut ex una parte passivum numquam superet activum, et ex alia alumni ita sint contenti ut Seminarium quoad cibum, potum, habitationem, salubritatem, munditiam, servitium etc. optima fama gaudeat. In Seminario numeroso unicum centesimum, quod singulis diebus pro singulis individuis ultra vires expendatur, intra paucos annos in ruinam irreparabilem pium locum conjicere potest. Advertendum tamen quod, si res male vertant, non semper culpa est Oeconomi; quid enim posset Oeconomus, si alii Superiores vellent (utique stultissime) ultra Seminarii vires, v. g., fabricas facere, luxui et splendori indulgere, a pensione solvenda totaliter aut partialiter hos vel illos alumnos dispensare etc.? Quoad rectam administrationem vide *Praxim n. 3654 et seqq.* Observarem denique quod administratores et oeconomi idonei, (qui non solum pro Seminario, sed etiam pro Monasteriis aliisque piis institutis exiguntur) dum abundant in saecularibus, in clero valde rari sunt, et saepe vix et ne vix quidem inve-



niri possunt; unde oporteret ut in scholis hac quoque de re ad minus regulae principales darentur.

52. *Quid de Praefectis?* Praeter notissima, v. g., de alumnis sibi commissis nunquam (sine Vice-Praefecto) relinquendis; de non permittendis communicationibus cum externis aut cum alumnis aliarum classium; de illis semper unitis servandis, ne aliqui a Praefecti oculis elongentur; de vigilantia circa eorundem mores, libros, epistolas et similia; de monitis et correctionibus; de delationibus ad Rectorem etc.; observare oportet quod, quum illi quoque sint juvenes atque inter alumnos ipsos seligi soleant, officium adeo momentosum bene exercere nequeunt, nisi prius a Rectore intruantur, et quidem saepius, et quidem plenissime atque accuratissime.

53. *Quid de Confessariis?* Isti ex Sacerdotibus magis prudentibus et zelantibus eligendi sunt. Sicut Director spiritualis, ita et ipsi alumnorum sanctificationem et spiritum ecclesiasticum procurare debent. S. Lig. (*Hom. Ap. VII. 57*) consultit ut confessarius extraordinarius pluries in anno (sicut monatibus) seminaristis quoque detur. Quid si Confessarius magnam aliquam inordinationem adesse ex confessione deprehenderet? De hoc casu vide dicta *De Occasionariis* (n. 273).

54. *Quid de magistris?* Praeter dicta (n. 3301) notanda sunt sequentia: 1.° Oportet ut (secluso casu necessitatis) magistri in Seminario sint de clero, non vero laici; 2.° Oportet ut vitae sanctitate discipulis exemplo praeaeant; 3.° Eorum officium non est perpetuum, sed sunt ad nutum amovibiles: attamen justa de causa tantummodo amoveri possunt. Vide Lucidi (*II. VI. 58-61*). 4.° Hodie oporteret etiam ut licentiâ (vulgo *patente*) Gubernii, pro scholis, quae theologiam praecedunt, muniti essent.

55. *Quid de Deputatis?*

I.° Tridentinum (*XXIII. XVIII*) vult ut duae Deputatorum species pro Seminaris adsint; una pro disciplina et studiis, et altera pro re oeconomica. Prima consistit in duobus Canonicis *senioribus* et *gravioribus* ab Episcopo electis. Secunda consistit tum in duobus Canonicis, quorum unus a Capitulo et alter ab Episcopo eligi debet; tum in duobus de clero, quorum unus a Clero civitatis, et alter ab Episcopo pariter eligendus est. Attamen illi ipsi duo Canonici, qui ab Episcopo electi fuerunt pro disciplina, eligi possunt etiam pro re oeconomica, si pro illa quoque idonei sint, et tam Episcopo quam Capitulo sic placeat; quo casu, loco sex Deputatorum, quatuor sufficiunt. Cf. Lucidi (*II. VI. 96 et 119*). Hi deputati sunt ad vitam. Attamen amoveri possunt ex justa causa, qualis esset, v. g., senectus et infirmitas chronica. Lucidi (n. 114).

II.° Duorum Deputatorum, qui pro disciplina electi fuerunt, consilium adhibere tenetur Episcopus (et idem dic de Vicario Capitulari) speciatim 1.° in constituendis regulis universalibus Seminaris; 2.° in admissione singulorum alumnorum; 3.° in electione librorum adhibendorum pro textu; 4.° in punitione aut ejectione discolorum; 5.° in visitationibus Seminaris; 6.° in electione Magistrorum; 7.° in electione Directoris spiritualis aliorumque confessariorum; 8.° in eorundem Magistrorum aut Directoris etc. expulsionem. Cf. Ferraris (*V. Seminarium n. 92*) et Lucidi (*II. VI. 110*).

III.° Quatuor Deputatorum, qui pro re oeconomica electi fuerunt, consilium adhibere tenetur Episcopus 1.° quoad redditionem rationum (*Trid.*

*XXIII. XVIII*); 2.° in tota temporali administratione Seminaris (*Lucidi l. c. 109-110*); atque adeo circa alumnorum pensiones determinandas et exemptiones vel imminutiones concedendas; 3.° circa electionem Rectoris aliorumque Officialium (*Lucidi l. c. 112*); 4.° circa contributionem Beneficiatis taxandam, si forte ad Seminaris conservationem esset necessaria (ut mox infra videbimus). Attamen, quoad hujus taxae exactionem, solus Episcopus absque consilio alicujus libere procedere posset (Cf. *Trid. l. c. et Ferraris l. c. 81*).

IV.° Episcopus votum Deputatorum ita audire tenetur, ut secus deliberationes (saltem majoris momenti) nullitate omnimoda laborarent. Cf. Lucidi (*l. c. n. 106. 114*). Si Deputatus aliquis intervenire nequiret, subrogandus esset ab alio, qui pro ea vice eligendus esset ab iis, a quibus facta fuit electio Deputati absentis vel impediti. Cf. Lucidi (*l. c. 99*).

V.° Etsi Episcopus audire teneatur votum Deputatorum, tamen lege ecclesiastica non tenetur illud sequi. Lucidi (*l. c. 112. 114*). Dixi *lege ecclesiastica*; coram Deo enim et in conscientia illud sequi teneretur si justum esset. Episcopo dicenti: Ego sum dominus: quidam respondebat: Utique, sed ad Seminarium conservandum, non vero ad illud in ruinam conjiciendum.

56. *Quid si, propter aes alienum, vel quia annuatim passivum superet activum, Seminarium male verteret et jam sustineri non posset?*

I.° Si defectus iste proveniat (ut facile evenit) a mala administratione, haec sedulissimâ curâ corrigenda erit.

II.° Benedictus XIII. Const. *Credita nobis* (directa ad Episcopos Italiae) dixit: « Districte injungimus, praecipimus et mandamus ut... tam pro erectione novi Seminaris, quam pro supplemento reddituum Seminaris jam erecti, » taxam, cum consilio duorum de Capitulo et totidem de Clero, conficiant » (Episcopi) a Concilio Trid. (*XXIII. XVIII*) praescriptam, incipiendo ab » integris fructibus mensae episcopalis... Eidem taxae omnia et singula beneficia... subijci decernimus etc. » (Apud Lucidi *III. Doc. X*). Ferraris (v. *Seminarium* n. 51) subdit: « Taxa juxta temporum et rerum exigentiam au- » geri potest, ut in casu quo redditus Seminaris essent ita diminuti, ut ad » victum scholarium aliaque onera subeunda non sufficerent ». Taxa applicari potest etiam Beneficiis Parochialibus. Excipiuntur tamen semper beneficia tenuissima, et quorum redditus congruam non superent; atque insuper taxa 5 pro centum excedere nequit. S. C. C. ad observationem Seminaris titulo aeris alieni difficillime consentit, et mandat ut medium taxae adhibeatur. Cf. Lucidi (*I. I. 137*).

III.° Obtineri potest a S. Sede ut Parochi, loco celebrandi Missas pro populo diebus festis suppressis, illas celebrent pro aliis intentionibus, cedendo eleemosynas Seminario. Vide alia apud Lucidi (*l. c. 138-139*).

IV.° Aliud medium esset instituendi pias associationes ad juvenem clerum alendum directas (ut dixi in *Praxi* n. 3834).

57. *Quid de requisitis necessariis in alumnis ut acceptari possint?* Tridentinum dicit (*l. c.*): « Sancta Synodus statuit ut singulae Cathedrales... » pro modo facultatum et Dioecesis amplitudine, certum puerorum ipsius » civitatis et Dioecesis (vel ejus Provinciae si ibi non reperiantur) numerum in collegio... alere, ac religiose educare, et ecclesiasticis disciplinis » istituere teneantur. In hoc vero collegio recipiantur qui ad minimum duo-



» decim annos (*saltem incoeptos. S. C. C. 10 Jul. 1876*), et ex legitimo » matrimonio nati sint; ac legere et scribere competenter noverint, et quo- » rum indoles et voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo » inservituros. Pauperum autem (*sed non mendicorum. S. Carolus*) filios » praecipue eligi vult, nec tamen ditiorum excludit, modo suo sumptu alan- » tur, et studium praeseferant Deo et Ecclesiae inserviendi ». Quid itaque de methodo recipiendi in Seminario illos quoque pueros aut juvenes, qui ineundi viam ecclesiasticam nullam voluntatem ostendunt? Haec methodus, quamvis aliquam bonum effectum habere possit, tamen deserenda videtur, quia 1.º est manifestissime contra Tridentinum; neque dicas tempora et circumstantias exigere ut regula Tridentini non amplius observetur. Eecur enim S. C. C. anno 1876 declaravit ut alumni ante annum duodecimum saltem inceptum non acceptarentur, nisi quia secus de eorum vocatione ad statum ecclesiasticum nullum fundamentum haberetur? Adde quod Pius VII Principibus Germaniae qui petebant ut novam formam seminaria provincialia instituerentur, respondit, seminaria esse partem integrantem Ecclesiae Catholicae *pro Clericorum educatione et juxta formam a Tridentino traditam esse omnino instituenda et regenda. Cf. Scavini (IV. 21. 4)*; 2.º Alumni vitam saecularem agere volentes plus vel minus tentationem aliis afferunt (imo despectui et irrisionibus illos subicere solent); 3.º Director spiritualis majori animo et libertate cum plena omnium satisfactione sermones clericis accommodatos habeat, si omnes revera clerici sint vel esse exoptent; 4.º Si Seminarium eleemosynis aut contributionibus adjuvari indigeret, id valde facilius et copiosius, si sit stricte ecclesiasticum et juxta Tridentinum, obtineri poterit.

Si tamen Seminarium sustineri nequiret, et vocationes sufficientes comparari non possent, nisi minore aetate, et vocationis signis non adhuc datis, pueri acceptarentur; tunc vide dicenda n. 62 II.

58. *Quid de visitatione Seminarii?* Praeter visitationem illam quae est pars visitationis generalis totius Dioecesis, Episcopus debet pluries in anno ad Seminarium suum se conferre. Scopus harum visitationum est ut bene cognoscat an aliquae adsint inordinationes 1.º quoad res temporales, unde saltem singulis annis, ut praescribit Tridentinum, simul cum Deputatis debet administrationis rationem exigere, ut supra vidimus; 2.º quoad studia, se conferendo ad singulas scholas, et interrogando discipulos etc. 3.º quoad mores, manifestissime ostendendo quod, si est sollicitus de profectu in studiis, multo magis sibi cordi est sanctitas morum et profectus in virtutibus. In hunc finem maxime expedit 1.º si ferventem sermonem semel aut bis in anno ad alumnos habeat; 2.º si de iis singulis accuratas quoad mores, pietatem, et vocationem, informationes exigat; 3.º si, ut ait S. Ligorius (*Hom. Ap. VII. IV. 53*), « semel aut bis in anno particularem scrutinium faciat, interrogando quemvis Seminaristam an adsit aliquod inconveniens ». Cf. Lucidi (*II. VI. 122-126*).

59. *Quid notandum circa vacationes autumnales?*

1.º Si media suppetant, et Seminarium domum rusticationis habeat, S. C. C. quam maxime expedire censet ut alumni ad domos suas non mittantur, sed in illa retineantur. Ita sentiebat etiam S. Lig. (*Hom. Ap. VII. 53*) inquit: « Oportet statuere ne tempore feriarum seminaristae domos adeant; nam

» tunc isti intermittunt omnia exercitia spiritualia, et illo mense aut bimestri, cum foris vivunt, quantum boni acquisiverunt amittunt, et regrediuntur in Seminarium vitiis et peccatis onusti ».

II.º Cautissime providendum est ne alumni tunc otio torpescant, atque etiam ne in solis jocis et recreationibus totum tempus insumant. Aliquae horae studio quoque assignandae sunt.

III.º Si alumnos vacationum tempore ad domos suas mittere oporteret, tunc diligentissime curandum esset, ut ope et vigilantia vicariorum foraneorum aut parochorum aliorumve sacerdotum ex speciali Episcopi mandato, ea, quae tunc temporis ab iisdem praestari debent, praestentur, neque denuo in Seminarium recipiantur, nisi bono eorundem testimonio commendentur. Lucidi (*I. c. 18*) et Scavini (*IV. 22*).

60. *Quid si Seminarium quoad disciplinam non bene procederet?* Si remedium prompte non apponatur, aliquando res eo usque procedere possunt, ut illud claudere melius sit. S. Ligorius (*Hom. Ap. VII. IV. 53*) dicit: « Si Seminarium erit male directum, eveniet quod etiam illi, qui tamquam angeli ingrediuntur, paulo post daemones evadant... Quare Episcopus, si ob redditum tenuitatem, aut ob aliquem alium defectum, non posset suum Seminarium de bonis ministris providere, tenetur penitus illud extinguere »; ut scilicet genitores, qui habent bonos filios, illos a semetipsis custodiant, nec (credendo eosdem bene collocare) in adeo magnum perversionis periculum coniciant.

61. *Quid notandum si inter alumnos aliquis incorrigibilis aut discolor inveniretur?* S. Lig. (*Hom. Ap. VII. 53*) dicit: « Utendum est stricto rigore, miseratione omni postposita, cum incorrigibilibus, et cum aliquo qui scandalum positivum praebuerit, v. g., impuritatis, tumultuationis, furti etc. Hujusmodi Seminarista vix prima vice tolerandus esset post diurnam et exemplarem animadversionem. Sed tutius consilium est eum statim a Seminario expellere, quia talis ovis contagione inquinata potens est totum Seminarium corrumpere. In hac re charitatem adhibere, non est charitas, sed tyrannides et injustitia, quia Episcopus ex justitia tenetur damnum commune evitare ».

62. *Quid fieri poterit ab Episcopo ut clerici majori numero possibili in Seminario recipiantur?*

I.º Curet ut Seminarium ipsum quoad mores, disciplinam, scholas, victum, salubritatem etc. optima fama gaudeat; et studia (ut supra notabam) sint ita disposita atque (ut vulgo dicitur) *aequiparata*, ut qui forte vocationem amittant in scholis civilibus illa sequi possint.

II.º Quia autem ante annum duodecimum alumni in Seminario acceptari nequeunt, curet ut adsint aliae scholae a bonis Magistris, civili docendi licentia instructis, directae; in quibus pueri tali aetate minores absque ullo periculo bene instruantur et religiose educantur. Videtur etiam aliquando permitti posse, ut tales pueri, etsi nullum vocationis signum adhuc praeseferant, in Seminario acceptentur; ita tamen ut, duodecim annorum aetate assecuta, circa voluntatem sequendi viam ecclesiasticam examinentur; et in casu negativo dimittantur. Sic duo simul obtineri poterunt; ut scilicet vocationes promoveantur, et Seminarium satis ecclesiasticum remaneat. Tutius tamen erit si Episcopus hac de re S. Sedem consulat.



III.° Parentur duae mensae pro alumnis, una abundantior pro divitibus, altera parcior (sufficiens tamen) pro pauperibus, qui parum pro pensione solvere possunt. Ita Scavini (IV. 29), atque ita fit reapse apud nos, et experientia patet quod sic quoque res bene procedunt.

IV.° Si in Dioecesi adsit lex vel consuetudo, ut Clerici, antequam in sacris ordinentur, in Seminario saltem unum vel alterum annum transegerint, curet Episcopus ut (debitis tamen dispensationibus concessis) talis lex et consuetudo servetur. Lege autem non extante, dicit Benedictus XIV (*De Syn. XI. II. 12*): « Oportet, Episcopum suavibus modis suam mentem et » desiderium unicuique declarare, simulque rationes ostendere, ob quas » recta disciplinae ratio postulat, neminem ad sacros ordines promoveri, » qui in Seminario episcopali assidue, vel aliquot saltem annorum aut mensium numero, commoratus non fuerit ».

63. Caveat tamen Episcopus ne in re ista exigenda discretionis limites excedat; quoad plures enim clericos (maxime si sint in ipsa civitate episcopali) non tanta adest necessitas eorum vocationem explorandi per hoc medium, quod caeteroquin (si agatur de unico anno dumtaxat) in talem finem parum deservire solet, et saepe defectus vocationis melius cognoscitur, si clericus domi suae relinquatur; neque clerici non vocati, eo quod in Seminario claudantur, facile recessuri erunt sponte sua a proposito viam ecclesiasticam prosequendi, sed potius (propter majores expensas toleratas) in majori tentatione eam prosequendi versabuntur. Sed praecipue consideranda est paupertas plurimorum, et animi alienatio patrum familias a consentiendo quod filii, cum tali dispendio eorum viribus non proportionato, talem viam ineant; unde ipse Benedictus XIV (*l. c.*) notavit quod praedictum systema, etsi ordinarie sit bonum, pro effectu habere solet ut *Ordinandorum numerus minuat*; qui effectus hodie in plurimis locis perniciosissimus esset. Neque dicas, recurri posse ad eleemosynas; hodie enim petitiones eleemosynarum et subsidiarum ad opera pia sustentanda sunt adeo multiplicatae, ut jam vix sufferri possint, unde absolute oportet ut ad solos casus majorum et vere magnarum necessitatum limitentur.

64. *Quomodo se geret Seminarii Rector 1.° quoad notitias super iisdem Seminariis a Gubernio (italico) requisitas; 2.° quoad Provisoris studiorum visitationem?* S. Poenitentiarum (*an. 1876*) respondit: *ad 1. um*: « Ad evitanda graviora mala, quae secus declinari non possent, tolerari, » ut moderator Seminarii dare possit Gubernio notitias, quas de ipso Seminario idem Gubernium violenter requirit; praevia tamen protestatione, » qua declaretur seminaria a quacumque laica potestate, prout constat ex » Concil. Trid., esse omnino libera et exempta; et caute ne gubernii ministri in Seminarii studia ac disciplinam (quod nunquam est tolerandum) se » ingerant. *Ad 2. um*: Quatenus adhibitis omnibus mediis et cautelis, quas » prudentia et zelus religionis suggererit, visitatio regii provisoris evitari » nequeat, et aliunde gravia timeantur mala; ac dummodo eadem visitatio » sit ejusmodi, ut moderatio disciplinae et studiorum Seminarii integra maneat apud Episcopum, passive se habeat; praemissa tamen protestatione, » qua declaretur Seminaria a quacumque laica potestate; ut constat ex Trid., » esse omnino libera et exempta ». Sed quid si in aliis Dioecesibus passim vel haec protestatio omitteretur; vel dum Revisor discipulos circa studia

non sacra interrogat, resistantia ei non fieret; vel Rectores non praecise passive se haberent, sed juxta petitiones Revisoris ei diversa loca indicarent, diversas notitias suppeditarent; juxta urbanitatis regulas se gererent etc.; Rector autem bene perspiceret, quod si ipse alio modo procederet, malevolentiam, et facile persecutionem specialem, contra suum seminarium provocaturus esset? Utique crederem prudentiae Episcopi decisionem de modo tenendi in his circumstantiis esse relinquendam.

### ARTICULUS III.

#### *De cura clericorum extra seminarium degentium.*

65. *Quid de cura horum clericorum quoad mores et pietatem?* Ex Benedicto XIV (*De Syn. XI. II. 12*) et communi praxi statuenda sunt sequentia: 1.° Saltem semel in hebdomada clerici civitatum et oppidorum conveniant in Ecclesia vel Oratorio, ubi a Directore designato sermonem audiant, in quo ad modum non concionis sed instructionis demonstrantur eis virtutes Clericis necessariae, et tenor vitae qui ab iisdem ad propriam sanctificationem et populi aedificationem servari debet; 2.° De confessione peccata saltem bis in mense Directori schedulam testimonialem deferant; 3.° Directores, vel alii ab Episcopo sive manifeste sive secrete deputati, super clericos eosdem invigilent, et sinceram relationem Episcopo deferant.

66. *Quid de cura eorundem clericorum circa studia?* In civitate episcopali praesto erunt scholae Seminarii, ad quas externi quoque advocandi erunt. Pro aliis locis S. C. C. sollicita est praecipue ut clerici grammaticam et cantum gregorianum addiscant (Cf. Ferraris v. *Seminarium* n. 104). Oportet quippe ut nedum linguam nationalem, sed etiam linguam latinam clerici bene calleant, illamque bene intelligant, in eaque expedite scribere sciant. In hunc finem operam quam maxime laude dignam praestant illi Parochi aut Sacerdotes, qui in his pauperes clericos docent; atque Episcopus omni nisu curare tenetur ut scholae istae revera adsint et regulariter (quantum fieri poterit) procedant, exigendo quotannis examen de profectu uniuscujusque relationem etc. Cavendum tamen ne hae scholae sint occasio cur juvenes, qui ad Seminarium vel ad civitatem episcopalem, pro studiis omnibus rite perficiendis se conferre possent, id negligant. Cui incommodo aditum praeccludere debet Episcopus, exigendo ut solum omnino impediti praedictis scholis (de ejus licentia) uti possint; alii vero, qui impediti non sunt, aut se conferant ad scholas Seminarii, aut, priusquam in ipso pro studiis theologicis acceptentur, examen accuratum nedum circa linguam latinam, sed etiam circa alia omnia felici exitu sustineant.

### ARTICULUS IV.

#### *De Episcopo circa sacras ordinationes.*

67. *Quaenam animadvertere debet Episcopus circa sacras ordinationes?* 1.° An ordinandi sint subditi; aut debitis alterius Episcopi litteris dimissorialibus vel testimonialibus muniti; 2.° An habeant debita requisita



III.° Parentur duae mensae pro alumnis, una abundantior pro divitibus, altera parcior (sufficiens tamen) pro pauperibus, qui parum pro pensione solvere possunt. Ita Scavini (IV. 29), atque ita fit reapse apud nos, et experientia patet quod sic quoque res bene procedunt.

IV.° Si in Dioecesi adsit lex vel consuetudo, ut Clerici, antequam in sacris ordinentur, in Seminario saltem unum vel alterum annum transegerint, curet Episcopus ut (debitis tamen dispensationibus concessis) talis lex et consuetudo servetur. Lege autem non extante, dicit Benedictus XIV (*De Syn. XI. II. 12*): « Oportet, Episcopum suavibus modis suam mentem et » desiderium unicuique declarare, simulque rationes ostendere, ob quas » recta disciplinae ratio postulat, neminem ad sacros ordines promoveri, » qui in Seminario episcopali assidue, vel aliquot saltem annorum aut mensium numero, commoratus non fuerit ».

63. Caveat tamen Episcopus ne in re ista exigenda discretionis limites excedat; quoad plures enim clericos (maxime si sint in ipsa civitate episcopali) non tanta adest necessitas eorum vocationem explorandi per hoc medium, quod caeteroquin (si agatur de unico anno dumtaxat) in talem finem parum deservire solet, et saepe defectus vocationis melius cognoscitur, si clericus domi suae relinquatur; neque clerici non vocati, eo quod in Seminario claudantur, facile recessuri erunt sponte sua a proposito viam ecclesiasticam prosequendi, sed potius (propter majores expensas toleratas) in majori tentatione eam prosequendi versabuntur. Sed praecipue consideranda est paupertas plurimorum, et animi alienatio patrum familias a consentiendo quod filii, cum tali dispendio eorum viribus non proportionato, talem viam ineant; unde ipse Benedictus XIV (*l. c.*) notavit quod praedictum systema, etsi ordinarie sit bonum, pro effectu habere solet ut *Ordinandorum numerus minuat*; qui effectus hodie in plurimis locis perniciosissimus esset. Neque dicas, recurri posse ad eleemosynas; hodie enim petitiones eleemosynarum et subsidiarum ad opera pia sustentanda sunt adeo multiplicatae, ut jam vix sufferri possint, unde absolute oportet ut ad solos casus majorum et vere magnarum necessitatum limitentur.

64. *Quomodo se geret Seminarii Rector 1.° quoad notitias super iisdem Seminariis a Gubernio (italico) requisitas; 2.° quoad Provisoris studiorum visitationem?* S. Poenitentiarum (*an. 1876*) respondit: *ad 1. um*: « Ad evitanda graviora mala, quae secus declinari non possent, tolerari, » ut moderator Seminarii dare possit Gubernio notitias, quas de ipso Seminario idem Gubernium violenter requirit; praevia tamen protestatione, » qua declaretur seminaria a quacumque laica potestate, prout constat ex » Concil. Trid., esse omnino libera et exempta; et caute ne gubernii ministri in Seminarii studia ac disciplinam (quod nunquam est tolerandum) se » ingerant. *Ad 2. um*: Quatenus adhibitis omnibus mediis et cautelis, quas » prudentia et zelus religionis suggererit, visitatio regii provisoris evitari » nequeat, et aliunde gravia timeantur mala; ac dummodo eadem visitatio » sit ejusmodi, ut moderatio disciplinae et studiorum Seminarii integra maneat apud Episcopum, passive se habeat; praemissa tamen protestatione, » qua declaretur Seminaria a quacumque laica potestate; ut constat ex Trid., » esse omnino libera et exempta ». Sed quid si in aliis Dioecesibus passim vel haec protestatio omitteretur; vel dum Revisor discipulos circa studia

non sacra interrogat, resistantia ei non fieret; vel Rectores non praecise passive se haberent, sed juxta petitiones Revisoris ei diversa loca indicarent, diversas notitias suppeditarent; juxta urbanitatis regulas se gererent etc.; Rector autem bene perspiceret, quod si ipse alio modo procederet, malevolentiam, et facile persecutionem specialem, contra suum seminarium provocaturus esset? Utique crederem prudentiae Episcopi decisionem de modo tenendi in his circumstantiis esse relinquendam.

### ARTICULUS III.

#### *De cura clericorum extra seminarium degentium.*

65. *Quid de cura horum clericorum quoad mores et pietatem?* Ex Benedicto XIV (*De Syn. XI. II. 12*) et communi praxi statuenda sunt sequentia: 1.° Saltem semel in hebdomada clerici civitatum et oppidorum conveniant in Ecclesia vel Oratorio, ubi a Directore designato sermonem audiant, in quo ad modum non concionis sed instructionis demonstrantur eis virtutes Clericis necessariae, et tenor vitae qui ab iisdem ad propriam sanctificationem et populi aedificationem servari debet; 2.° De confessione peccata saltem bis in mense Directori schedulam testimonialem deferant; 3.° Directores, vel alii ab Episcopo sive manifeste sive secrete deputati, super clericos eosdem invigilent, et sinceram relationem Episcopo deferant.

66. *Quid de cura eorundem clericorum circa studia?* In civitate episcopali praesto erunt scholae Seminarii, ad quas externi quoque advocandi erunt. Pro aliis locis S. C. C. sollicita est praecipue ut clerici grammaticam et cantum gregorianum addiscant (Cf. Ferraris v. *Seminarium* n. 104). Oportet quippe ut nedum linguam nationalem, sed etiam linguam latinam clerici bene calleant, illamque bene intelligant, in eaque expedite scribere sciant. In hunc finem operam quam maxime laude dignam praestant illi Parochi aut Sacerdotes, qui in his pauperes clericos docent; atque Episcopus omni nisu curare tenetur ut scholae istae revera adsint et regulariter (quantum fieri poterit) procedant, exigendo quotannis examen de profectu uniuscujusque relationem etc. Cavendum tamen ne hae scholae sint occasio cur juvenes, qui ad Seminarium vel ad civitatem episcopalem, pro studiis omnibus rite perficiendis se conferre possent, id negligant. Cui incommodo aditum praeccludere debet Episcopus, exigendo ut solum omnino impediti praedictis scholis (de ejus licentia) uti possint; alii vero, qui impediti non sunt, aut se conferant ad scholas Seminarii, aut, priusquam in ipso pro studiis theologicis acceptentur, examen accuratum nedum circa linguam latinam, sed etiam circa alia omnia felici exitu sustineant.

### ARTICULUS IV.

#### *De Episcopo circa sacras ordinationes.*

67. *Quaenam animadvertere debet Episcopus circa sacras ordinationes?* 1.° An ordinandi sint subditi; aut debitis alterius Episcopi litteris dimissorialibus vel testimonialibus muniti; 2.° An habeant debita requisita



quoad mores; 3.<sup>o</sup> quoad scientiam; 4.<sup>o</sup> quoad immunitatem ab irregularitatibus, censuris et incompatilibus obligationibus; 5.<sup>o</sup> quoad aetatem; 6.<sup>o</sup> quoad adscriptionem alicui Ecclesiae; 7.<sup>o</sup> quoad interstitia et exercitium ordinis prius suscepti; 8.<sup>o</sup> quoad titulum sacrae ordinationis. Debet 9.<sup>o</sup> eos subicere examini et scrutiniis canonicis; 10.<sup>o</sup> efficere ut exercitia spiritualia praemitant; 11.<sup>o</sup> Habere ordinationes debito tempore; 12.<sup>o</sup> debito loco; 13.<sup>o</sup> personaliter. Sed haec sunt breviter explicanda.

PUNCTUM I.

*De necessitate quod ordinandi sint subditi.*

68. *Quomodo intelligenda est conditio quod ordinandi sint subditi, aut debitis alterius Episcopi litteris dimissorialibus vel testimonialibus muniti?*

I.<sup>o</sup> Subditus Episcopi in hunc finem quis esse potest quatuor modis: 1.<sup>o</sup> ratione *originis*, eo quod in illius Dioecesi sit natus (non tamen accidentaliter, quo casu consideraretur Dioecesis domicilii genitorum); 2.<sup>o</sup> ratione *domicilii*; non vero sufficit quasi-domicilium; et praeterea ordinandus jurare debet se habere animum ibi perpetuo manendi; 3.<sup>o</sup> ratione *beneficii*, quod sit congruum (detractis oneribus) et pacifice possessum, neque obtentum in fraudem, scilicet ad eludendum examen et iudicium sui Episcopi; 4.<sup>o</sup> ratione *familiaritatis* seu famulatus, cohabitando cum illo Episcopo (non mere titulari, seu in *partibus*) saltem a triennio; a quo insuper provideri debet congruo beneficio (si provisus non sit) intra mensem a recepta tonsura vel ordine.

II.<sup>o</sup> Ordinandus ex his quatuor Episcopis potest eligere quem vult; atque etiam in unoquoque ordine suscipiendo variare, dummodo id in fraudem non faciat.

III.<sup>o</sup> Attamen Episcopus originis nequit aliquem ordinare sine *testimonialibus* Episcopi domicilii, qui nullum subsistere impedimentum canonicum fidem faciat; et vicissim Episcopus domicilii nequit ordines conferre sine testimonialibus Episcopi originis, si ordinandus ab illius Dioecesi discesserit ea aetate qua poterat aliquod canonicum impedimentum contrahere. Idem dic de Episcopis beneficii aut familiaritatis, qui nequeunt ordinare absque testimonialibus Episcoporum in quorum Dioecesibus ordinandus commoratus fuerit praedicta aetate tempore notabili (saltem circiter sex mensibus).

IV.<sup>o</sup> Quoad Regulares professos votorum solemnium, respicitur tantummodo Episcopus *domicilii*, ille scilicet intra cuius Dioecesim adest caenobium ordinandi. Dixi *votorum solemnium*; quoad illos enim qui ad pias votorum simplicium congregationes pertinent, valet regula communis. De Novitiis ad vota solemnia se disponentibus, an Episcopo originis uti possint, ambigua res est.

V.<sup>o</sup> Episcopus qui ratione neque originis, neque domicilii, neque beneficii, neque familiaritatis, jus habeat in ordinandum, non potest ei tonsuram aut ordines conferre, sine litteris *dimissorialibus* a suo Episcopo ad ipsum datis. Dixi a *suo Episcopo*, non vero a Vicario Generali, nisi Episcopo diu et longe absente (qua de re iudicium ad ipsum Vicarium spectat).

De his omnibus vide cl. D'Annibale (*III. 170-171*), De Angelis (*I. XI. 3. et segg.*) Vecchiotti (*III. § 18-23*) apud quos alia minutiora inveniuntur.

PUNCTUM II.

*De requisitis quoad mores.*

69. *Cujusmodi esse debent mores et intentio ordinandorum, ut digni judicari possint?*

Tridentinum (*XXIII. VII*) dicit explorandam esse *fidem* ordinandorum, esse scilicet attendendum ne sive verbis sive conversatione etc. quoad fidem et sana principia se suspectos reddiderint. Quoad primam tonsuram (*l. c. IV*) dicit initiari non debere illos « de quibus probabilis conjectura non sit, eos... » ut Deo fidelem cultum praestent, hoc vitae genus elegerint. Quoad ordines minores (*l. c. XI*) subdit: « Ita de gradu in gradum ascendant, ut eis cum » aetate vitae meritum... accrescat; quod et bonorum morum exemplum, » et assiduum in Ecclesia ministerium, atque major erga Presbyteros et » superiores ordines reverentia, et crebrior, quam antea, Corporis Christi » communio maxime comprobabunt ». Quoad ordines majores in genere (*l. c. XII*) dicit: « Debere assumi dignos dumtaxat, et quorum probata vita » senectus sit »; et speciatim quoad subdiaconatum (*l. c. XIII*): « Subdia- » con... ordinentur... qui sperent, Deo authore, se continere posse »; denique speciatim quoad Presbyteratum (*l. c. XIV*): « Ita pietate ac castis » moribus sint conspicui, ut praeclarum bonorum operum exemplum et vitae » monita ab eis possint expectari ».

70. Sed verba ista Tridentini, quae innuunt, promovendos ad ordines majores debere esse *senes* in virtutibus, pietate nedum praediti sed *conspicui*, et nedum bonum sed *praeclarum* exemplum praebentes; suntne ita intelligenda, ut ipsi jam debeant esse immunes a maculis etiam levibus, virtutum omnium in gradu excelso habitum habere, et uno verbo ad apicem perfectionis pervenisse? Negative. Patet 1.<sup>o</sup> et praxi communissima Episcoporum; 2.<sup>o</sup> quia talis ac tanta sanctitas est paucissimorum, et sic Ecclesia ministris destitueretur: porro velle optimum est destruere bonum; 3.<sup>o</sup> quia dum personae piae et valde ferventes Communionem quotidianam (prout desiderat Tridentinum) faciunt, de Subdiaconis et Diaconis Pontificale Rom. dicit solum « maxime decere si saltem diebus dominicis et solemnibus, cum » altari ministraverint, Communionem perceperint »; et ipsum Tridentinum (*XXIII. XVIII*) de Clericis in Seminario dicit: « Saltem singulis mensibus » confiteantur peccata, et juxta Confessoris iudicium sumant Corpus D. N. J. » Christi ».

71. *Quinam ergo sanctitatis gradus sufficit ut Episcopus clericos ad sacros ordines promovere possit?* Credo sufficere si Episcopus sit satis certus de tribus sequentibus 1.<sup>o</sup> quod Clericus sit immunis a vitiis gravibus, et principiis non sanis (v. g. liberalismi); 2.<sup>o</sup> quod insuper constanter abstineat ab iis, quae, etsi non sint peccata, tamen juxta sacros canones clericis vetantur; 3.<sup>o</sup> quod denique frequentet Sacramenta, Ecclesiam etc. Et haec esse videtur sententia S. Lig., qui (*Hom. Ap. VII. 48*) dicit: « Nec Episcopus » potest acquiescere soli bonitati negativae ordinandi..., nempe quod nihil



quoad mores; 3.<sup>o</sup> quoad scientiam; 4.<sup>o</sup> quoad immunitatem ab irregularitatibus, censuris et incompatilibus obligationibus; 5.<sup>o</sup> quoad aetatem; 6.<sup>o</sup> quoad adscriptionem alicui Ecclesiae; 7.<sup>o</sup> quoad interstitia et exercitium ordinis prius suscepti; 8.<sup>o</sup> quoad titulum sacrae ordinationis. Debet 9.<sup>o</sup> eos subicere examini et scrutiniis canonicis; 10.<sup>o</sup> efficere ut exercitia spiritualia praemitant; 11.<sup>o</sup> Habere ordinationes debito tempore; 12.<sup>o</sup> debito loco; 13.<sup>o</sup> personaliter. Sed haec sunt breviter explicanda.

PUNCTUM I.

*De necessitate quod ordinandi sint subditi.*

68. *Quomodo intelligenda est conditio quod ordinandi sint subditi, aut debitis alterius Episcopi litteris dimissorialibus vel testimonialibus muniti?*

I.<sup>o</sup> Subditus Episcopi in hunc finem quis esse potest quatuor modis: 1.<sup>o</sup> ratione *originis*, eo quod in illius Dioecesi sit natus (non tamen accidentaliter, quo casu consideraretur Dioecesis domicilii genitorum); 2.<sup>o</sup> ratione *domicilii*; non vero sufficit quasi-domicilium; et praeterea ordinandus jurare debet se habere animum ibi perpetuo manendi; 3.<sup>o</sup> ratione *beneficii*, quod sit congruum (detractis oneribus) et pacifice possessum, neque obtentum in fraudem, scilicet ad eludendum examen et iudicium sui Episcopi; 4.<sup>o</sup> ratione *familiaritatis* seu famulatus, cohabitando cum illo Episcopo (non mere titulari, seu in *partibus*) saltem a triennio; a quo insuper provideri debet congruo beneficio (si provisus non sit) intra mensem a recepta tonsura vel ordine.

II.<sup>o</sup> Ordinandus ex his quatuor Episcopis potest eligere quem vult; atque etiam in unoquoque ordine suscipiendo variare, dummodo id in fraudem non faciat.

III.<sup>o</sup> Attamen Episcopus originis nequit aliquem ordinare sine *testimonialibus* Episcopi domicilii, qui nullum subsistere impedimentum canonicum fidem faciat; et vicissim Episcopus domicilii nequit ordines conferre sine testimonialibus Episcopi originis, si ordinandus ab illius Dioecesi discesserit ea aetate qua poterat aliquod canonicum impedimentum contrahere. Idem dic de Episcopis beneficii aut familiaritatis, qui nequeunt ordinare absque testimonialibus Episcoporum in quorum Dioecesibus ordinandus commoratus fuerit praedicta aetate tempore notabili (saltem circiter sex mensibus).

IV.<sup>o</sup> Quoad Regulares professos votorum solemnium, respicitur tantummodo Episcopus *domicilii*, ille scilicet intra cuius Dioecesim adest caenobium ordinandi. Dixi *votorum solemnium*; quoad illos enim qui ad pias votorum simplicium congregationes pertinent, valet regula communis. De Novitiis ad vota solemnia se disponentibus, an Episcopo originis uti possint, ambigua res est.

V.<sup>o</sup> Episcopus qui ratione neque originis, neque domicilii, neque beneficii, neque familiaritatis, jus habeat in ordinandum, non potest ei tonsuram aut ordines conferre, sine litteris *dimissorialibus* a suo Episcopo ad ipsum datis. Dixi a *suo Episcopo*, non vero a Vicario Generali, nisi Episcopo diu et longe absente (qua de re iudicium ad ipsum Vicarium spectat).

De his omnibus vide cl. D'Annibale (*III. 170-171*), De Angelis (*I. XI. 3. et segg.*) Vecchiotti (*III. § 18-23*) apud quos alia minutiora inveniuntur.

PUNCTUM II.

*De requisitis quoad mores.*

69. *Cujusmodi esse debent mores et intentio ordinandorum, ut digni judicari possint?*

Tridentinum (*XXIII. VII*) dicit explorandam esse *fidem* ordinandorum, esse scilicet attendendum ne sive verbis sive conversatione etc. quoad fidem et sana principia se suspectos reddiderint. Quoad primam tonsuram (*l. c. IV*) dicit initiari non debere illos « de quibus probabilis conjectura non sit, eos... » ut Deo fidelem cultum praestent, hoc vitae genus elegerint. Quoad ordines minores (*l. c. XI*) subdit: « Ita de gradu in gradum ascendant, ut eis cum » aetate vitae meritum... accrescat; quod et bonorum morum exemplum, » et assiduum in Ecclesia ministerium, atque major erga Presbyteros et » superiores ordines reverentia, et crebrior, quam antea, Corporis Christi » communio maxime comprobabunt ». Quoad ordines majores in genere (*l. c. XII*) dicit: « Debere assumi dignos dumtaxat, et quorum probata vita » senectus sit »; et speciatim quoad subdiaconatum (*l. c. XIII*): « Subdia- » con... ordinentur... qui sperent, Deo authore, se continere posse »; denique speciatim quoad Presbyteratum (*l. c. XIV*): « Ita pietate ac castis » moribus sint conspicui, ut praeclarum bonorum operum exemplum et vitae » monita ab eis possint expectari ».

70. Sed verba ista Tridentini, quae innuunt, promovendos ad ordines majores debere esse *senes* in virtutibus, pietate nedum praediti sed *conspicui*, et nedum bonum sed *praeclarum* exemplum praebentes; suntne ita intelligenda, ut ipsi jam debeant esse immunes a maculis etiam levibus, virtutum omnium in gradu excelso habitum habere, et uno verbo ad apicem perfectionis pervenisse? Negative. Patet 1.<sup>o</sup> et praxi communissima Episcoporum; 2.<sup>o</sup> quia talis ac tanta sanctitas est paucissimorum, et sic Ecclesia ministris destitueretur: porro velle optimum est destruere bonum; 3.<sup>o</sup> quia dum personae piae et valde ferventes Communionem quotidianam (prout desiderat Tridentinum) faciunt, de Subdiaconis et Diaconis Pontificale Rom. dicit solum « maxime decere si saltem diebus dominicis et solemnibus, cum » altari ministraverint, Communionem perceperint »; et ipsum Tridentinum (*XXIII. XVIII*) de Clericis in Seminario dicit: « Saltem singulis mensibus » confiteantur peccata, et juxta Confessoris iudicium sumant Corpus D. N. J. » Christi ».

71. *Quinam ergo sanctitatis gradus sufficit ut Episcopus clericos ad sacros ordines promovere possit?* Credo sufficere si Episcopus sit satis certus de tribus sequentibus 1.<sup>o</sup> quod Clericus sit immunis a vitiis gravibus, et principiis non sanis (v. g. liberalismi); 2.<sup>o</sup> quod insuper constanter abstineat ab iis, quae, etsi non sint peccata, tamen juxta sacros canones clericis vetantur; 3.<sup>o</sup> quod denique frequentet Sacramenta, Ecclesiam etc. Et haec esse videtur sententia S. Lig., qui (*Hom. Ap. VII. 48*) dicit: « Nec Episcopus » potest acquiescere soli bonitati negativae ordinandi..., nempe quod nihil



» sciat mali de illo; sed oportet ut ejus bonitatem positivam cognoscat...  
 » Ex secretis informationibus Episcopus potest certus fieri non solum si clericus ludis, insolentiis, pravis consuetudinibus sit aliis scandalo, sed etiam » si positive vitam spiritualem agat (Ecclesias, orationem, Sacramenta frequentando); si solitarie vivat aut saltem cum bonis sociis comitetur; si » studio dat operam, si modesto habitu ac sermone incedit, et hujusmodi ». Sedulo notandum quod subjungit: « Si forsitan (Episcopus) notitiam habeat » de scandalo positivo alicujus, tunc non debet sibi satis esse ordinariam probationem exigere, sed multorum annorum respicientiam observare debet; » cum suspicio rationabilis tunc suboriatur, quod omne ab eo simulatione » fiat, ut ordines assequatur ». Quod tamen Episcopus exigere debeat respicientiam *multorum annorum*, pro obligatione absoluta, quae pro omnibus casibus valeat, poni non potest. Giordanini (*Istruz. per i novell. Confess. II. 65*) dicit: « Sacrum Concilium de futura continentia exigit solum probabilem spem... Concedimus tamen quod, supposito lapsu, strictius procedi » et major probatio fieri debeat ».

PUNCTUM III.

*De requisitis quoad scientiam.*

*Et quid si Dioecesis magna Cleri penuria laboraret?*

72. *Quaenam scientia in Ordinandis requiritur?* De jure communi (ut supra innui) exigitur solum prout sequitur:

I.<sup>o</sup> Quoad primam tonsuram, calleant rudimenta fidei, et sciant legere et scribere. *Trid. (l. c. IV)*.

II.<sup>o</sup> Quoad ordines minores, saltem latinam linguam intelligant. *Trid. (l. c. XI)*.

III.<sup>o</sup> Quoad Subdiaconatum et Diaconatum, sciant ea quae pertinent ad hos ordines exercendos, atque in litteris sint eruditi (*Trid. l. c. XIII*). Hac autem in litteris eruditione intelligitur ut saltem sciant bene loqui lingua nationali et traducere expedite in linguam latinam. Ad exercitium autem Diaconatus pertinet etiam ut sciant baptizare.

IV.<sup>o</sup> Quoad Presbyteratum, sciant ministrare Sacramenta et docere populum ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem (*Trid. l. c. XIV*). Haec Tridentini verba sic explicat Innocentius XIII (*Const. Apostolici ministerii § 4*) inquit: « Quod quidem ut recte praestari possit, eosdem Episcopos in Domino hortamur, ut, quantum fieri potest, eos tantum ad Sacerdotium assumant, qui saltem theologiae moralis competenter periti » sint ». Cl. D'Annibale (*III. 173*), quoad theologiam moralem, satis habet quod ordinandus ad Sacerdotium « noscat quae ad conferendum Baptismum, » Eucharistiam et Extremam Unctionem nosse oportet, et aliquam circa Poenitentiae Sacramentum peritiam habeat ». Hoc autem concedi poterit, si necessitas urgeat et aliter fieri nequeat, vel si Episcopus non sit subsignaturus *celebret*, nisi neo-presbyter studia diligenter prosequatur et perficiat.

Caeterum, praeter ista quae de jure communi exiguntur, nihil vetat quominus alia (discrete tamen) lege particulari dioecisana exigantur.

73. *Potestne Episcopus in conscientia et absque peccato a regulis hucusque recensitis plus vel minus recedere?*

Seclusa necessitate, negative certe; et vae si Episcopus propter intercessionem aliosve humanos respectus ad ordines conferendos, contra monitum Apostoli (*nemini cito manus imposueris*), contra leges Ecclesiae, et contra jus naturale quod clamat manibus non tutis thesauros non esse committendos, nimis facilis esset! Scripsit D. Thomas (*Suppl. XXXVI. IV*): « Moraliter peccaret qui res Ecclesiae temporales scienter sub periculo poneret: » ergo multo fortius qui poneret res spirituales sub periculo. Sed sub periculo ponit res spirituales quicumque indignos promovet... Ergo indignos » promovens mortaliter peccat ». Aliqui facile condonant defectum scientiae, atque ignorantissimos, iudicio destitutos, stupidos et hebetes, ad Sacerdotium quoque ordinare non dubitant, dicendo illos esse bonos. Sed falluntur non solum quia tunc etiam procedunt contra leges Ecclesiae, quae, praeter bonitatem, doctrinam quoque exigit; sed etiam quia de tali bonitate parum est fidendum. Enimvero subjecti hujusmodi sunt valde periculosi etiam in materia morum ex duplici ratione. Prima est quia nullum studii amorem habebunt, eo quod nihil intelligant, et sic se dabunt ad otium patrem omnium vitiorum. Secunda est quia iudicio carentes, quasi jumenta fere solum a passionibus diriguntur, et experientia patet quod nedum ad fornicationes (et quidem sine ulla cautela), sed etiam (imo magis) ad sodomiam, prouere solent. Hinc Concil. Later. dixit: « Melius est pauciores habere ministros, sed probos » atque utiles, quam plures qui nequidquam sunt valituri »; et *Decret. I. XXIII. 4*. legitur: « Melius est Domini Sacerdotium paucos habere ministros, » qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui (N. B.) » onus grave ordinatori adduceant ».

Sed quid in casu necessitatis? Quid scilicet si Dioecesis Sacerdotum penuria magna laboraret, et jam Paroeciae multae sine Parocho relinqui deberent, moribundi sine Sacramentis morerentur etc.?

R. I.<sup>o</sup> Tunc maxime satagere debet Episcopus, ut vocationes promoveat, et sufficientem bonumque clerum sibi efformet, juxta dicta (*n. 3833. et seqq.*). Equidem miracula non sunt expectanda; sed, si Episcopus media apponat, celebre illud D. Thomae (*l. c. XXXVI. IV*) effatum verificabitur: « Deus nunquam ita deserit Ecclesiam suam, quin inveniatur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis ».

II.<sup>o</sup> Quia autem, ad bonum et sufficientem clerum efformandum, longum tempus exigitur, atque interim necessitates gravissimae urgent, niti debebit Episcopus ut bonos Sacerdotes ex aliis Dioecesibus sibi procuret. Sed hoc quoque difficile est. Fere ubique enim Sacerdotum penuria adest, et Episcopi bonos Sacerdotes pro se retinere satagunt, aliis autem ut plurimum non nisi ignorantes et discolos cedere parati sunt. Quid insuper si, dum centum boni Sacerdotes exigerentur, vix unus vel alter haberi posset? In his angustiis, dum quotannis in Dioecesi, v. g., viginti Sacerdotes moriuntur et solum duo vel tres in sacris ordinari petunt, utique in tentationem versantur miseri Episcopi eos ordinandi, quamvis a Tridentini regulis plus vel minus deficerent. Poteritne hoc permitti? Quoad defectum scientiae, indulgentia aliqua haberi poterit; neque oportebit ut dispensatio pontificia obtineatur; ut enim dicit Giordanini (*Istruz. per i nov. Conf. II. 65*), non proprie de legibus,



» sciat mali de illo; sed oportet ut ejus bonitatem positivam cognoscat...  
 » Ex secretis informationibus Episcopus potest certus fieri non solum si clericus ludis, insolentiis, pravis consuetudinibus sit aliis scandalo, sed etiam » si positive vitam spiritualem agat (Ecclesias, orationem, Sacramenta frequentando); si solitarie vivat aut saltem cum bonis sociis comitetur; si » studio dat operam, si modesto habitu ac sermone incedit, et hujusmodi ». Sedulo notandum quod subjungit: « Si forsitan (Episcopus) notitiam habeat » de scandalo positivo alicujus, tunc non debet sibi satis esse ordinariam probationem exigere, sed multorum annorum respicientiam observare debet; » cum suspicio rationabilis tunc suboriatur, quod omne ab eo simulatione » fiat, ut ordines assequatur ». Quod tamen Episcopus exigere debeat respicientiam *multorum annorum*, pro obligatione absoluta, quae pro omnibus casibus valeat, poni non potest. Giordanini (*Istruz. per i novell. Confess. II. 65*) dicit: « Sacrum Concilium de futura continentia exigit solum probabilem spem... Concedimus tamen quod, supposito lapsu, strictius procedi » et major probatio fieri debeat ».

PUNCTUM III.

*De requisitis quoad scientiam.*

*Et quid si Dioecesis magna Cleri penuria laboraret?*

72. *Quaenam scientia in Ordinandis requiritur?* De jure communi (ut supra innui) exigitur solum prout sequitur:

I.º Quoad primam tonsuram, calleant rudimenta fidei, et sciant legere et scribere. *Trid. (l. c. IV)*.

II.º Quoad ordines minores, saltem latinam linguam intelligant. *Trid. (l. c. XI)*.

III.º Quoad Subdiaconatum et Diaconatum, sciant ea quae pertinent ad hos ordines exercendos, atque in litteris sint eruditi (*Trid. l. c. XIII*). Hac autem in litteris eruditione intelligitur ut saltem sciant bene loqui lingua nationali et traducere expedite in linguam latinam. Ad exercitium autem Diaconatus pertinet etiam ut sciant baptizare.

IV.º Quoad Presbyteratum, sciant ministrare Sacramenta et docere populum ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem (*Trid. l. c. XIV*). Haec Tridentini verba sic explicat Innocentius XIII (*Const. Apostolici ministerii § 4*) inquit: « Quod quidem ut recte praestari possit, eosdem Episcopos in Domino hortamur, ut, quantum fieri potest, eos tantum ad Sacerdotium assumant, qui saltem theologiae moralis competenter periti » sint ». Cl. D'Annibale (*III. 173*), quoad theologiam moralem, satis habet quod ordinandus ad Sacerdotium « noscat quae ad conferendum Baptismum, » Eucharistiam et Extremam Unctionem nosse oportet, et aliquam circa Poenitentiae Sacramentum peritiam habeat ». Hoc autem concedi poterit, si necessitas urgeat et aliter fieri nequeat, vel si Episcopus non sit subsignaturus *celebret*, nisi neo-presbyter studia diligenter prosequatur et perficiat.

Caeterum, praeter ista quae de jure communi exiguntur, nihil vetat quominus alia (discrete tamen) lege particulari dioecisana exigantur.

73. *Potestne Episcopus in conscientia et absque peccato a regulis hucusque recensitis plus vel minus recedere?*

Seclusa necessitate, negative certe; et vae si Episcopus propter intercessionem aliosve humanos respectus ad ordines conferendos, contra monitum Apostoli (*nemini cito manus imposueris*), contra leges Ecclesiae, et contra jus naturale quod clamat manibus non tutis thesauros non esse committendos, nimis facilis esset! Scripsit D. Thomas (*Suppl. XXXVI. IV*): « Moraliter peccaret qui res Ecclesiae temporales scienter sub periculo poneret: » ergo multo fortius qui poneret res spirituales sub periculo. Sed sub periculo ponit res spirituales quicumque indignos promovet... Ergo indignos » promovens mortaliter peccat ». Aliqui facile condonant defectum scientiae, atque ignorantissimos, iudicio destitutos, stupidos et hebetes, ad Sacerdotium quoque ordinare non dubitant, dicendo illos esse bonos. Sed falluntur non solum quia tunc etiam procedunt contra leges Ecclesiae, quae, praeter bonitatem, doctrinam quoque exigit; sed etiam quia de tali bonitate parum est fidendum. Enimvero subjecti hujusmodi sunt valde periculosi etiam in materia morum ex duplici ratione. Prima est quia nullum studii amorem habebunt, eo quod nihil intelligant, et sic se dabunt ad otium patrem omnium vitiorum. Secunda est quia iudicio carentes, quasi jumenta fere solum a passionibus diriguntur, et experientia patet quod nedum ad fornicationes (et quidem sine ulla cautela), sed etiam (imo magis) ad sodomiam, prouere solent. Hinc Concil. Later. dixit: « Melius est pauciores habere ministros, sed probos » atque utiles, quam plures qui nequidquam sunt valituri »; et *Decret. I. XXIII. 4*. legitur: « Melius est Domini Sacerdotium paucos habere ministros, » qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui (N. B.) » onus grave ordinatori adduceant ».

Sed quid in casu necessitatis? Quid scilicet si Dioecesis Sacerdotum penuria magna laboraret, et jam Paroeciae multae sine Parocho relinqui deberent, moribundi sine Sacramentis morerentur etc.?

R. I.º Tunc maxime satagere debet Episcopus, ut vocationes promoveat, et sufficientem bonumque clerum sibi efformet, juxta dicta (*n. 3833. et seqq.*). Equidem miracula non sunt expectanda; sed, si Episcopus media apponat, celebre illud D. Thomae (*l. c. XXXVI. IV*) effatum verificabitur: « Deus nunquam ita deserit Ecclesiam suam, quin inveniatur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis ».

II.º Quia autem, ad bonum et sufficientem clerum efformandum, longum tempus exigitur, atque interim necessitates gravissimae urgent, niti debebit Episcopus ut bonos Sacerdotes ex aliis Dioecesibus sibi procuret. Sed hoc quoque difficile est. Fere ubique enim Sacerdotum penuria adest, et Episcopi bonos Sacerdotes pro se retinere satagunt, aliis autem ut plurimum non nisi ignorantes et discolos cedere parati sunt. Quid insuper si, dum centum boni Sacerdotes exigerentur, vix unus vel alter haberi posset? In his angustiis, dum quotannis in Dioecesi, v. g., viginti Sacerdotes moriuntur et solum duo vel tres in sacris ordinari petunt, utique in tentationem versantur miseri Episcopi eos ordinandi, quamvis a Tridentini regulis plus vel minus deficerent. Poteritne hoc permitti? Quoad defectum scientiae, indulgentia aliqua haberi poterit; neque oportebit ut dispensatio pontificia obtineatur; ut enim dicit Giordanini (*Istruz. per i nov. Conf. II. 65*), non proprie de legibus,



sed de monitis et regulis prudentialibus agitur. Sed quoad defectum qualitatum moralium, caveant, quam maxime caveant Episcopi, ne, subjectos periculosos ordinando, malum adaugeant. Scripsit Gelasius Papa (I. D. LXXVII. C. *Monachus*): « Quia convenientia Ecclesiae ministeria reparanda sunt, » non inconvenientibus meritis ingerenda..., ne, per occasionem supplendi » penuriae clericali, vitia potius divinis cultibus intulisse, non legitimae » familiae Domini putemur procurasse compendia ». Et S. Leo (*Epist. I. ad Afric. Ep.*) dixit: « Non est hoc consulere populis, sed nocere, nec praestare regimen, sed augere discrimen ». Qua in re sedulo observandum est quod, si male vivit clericus, etsi adhuc Episcopo suo indigeat ut ordinetur: longe pejora expectari debebunt de ipso, quando ex una parte jam ordinatus nihil ab illo timebit, et ex alia passiones majorem (quod maxime intra annum trigesimum et quadragesimum accidere solet) vim acquisitionis erunt. Subsistente itaque discrepantia inter regulas Tridentini et qualitates subjecti, Episcopus, non obstante quavis cleri sui penuria, prudentissime rem consideret, et saltem caveat ne ad sacram Ordinationem procedat, nisi, omnibus perpensis, omnino judicandum sit melius esse illum habere quam non habere; ad minus scilicet in quovis casu firmam teneat regulam illam supremam Tridentini dicentis (*l. c. XVI*): « Nullus debeat ordinari, qui iudicio sui » Episcopi non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis ».

PUNCTUM IV.

*De immunitate ab irregularitatibus aliisque impedimentis.*

74. *Quid de immunitate ab irregularitate?* Quanam sint irregularitates; quomodo susceptioni et collationi ordinum atque etiam primae tonsurae obstant; quibus in casibus possint dispensare ipsi Episcopi, dum in aliis dispensatio Sanctae Sedis exigitur; quomodo denique pro dispensatione exigitur causa justa (v. g., quod ordinandus pietate aut scientia excellat, vel quod Dioecesis cleri penuria laboret); haec omnia exponuntur in tractatu de irregularitatibus, qui ab Episcopis bene cognosci debet.

75. *Quid si quis ad recipiendam primam tonsuram, aut ordines, accideret irregularis, vel censura affectus, vel intrusus?* Ordinatio essetne valida? Gravissime delinqueret, ut patet ex monitione, qua in singulis ordinationibus accessus hujusmodi sub poena excommunicationis interdicatur. Ordinatio tamen esset valida; hac enim de causa invaliditas nullibi statuitur, et ordinationes nunquam renovantur.

76. *Quid de immunitate ab obligationibus cum Ordinum susceptione incompatilibus?* Casus esset in juvenibus militari conscriptione impeditis (de quibus sermo habebitur infra). Item in iis qui, sponsalibus celebratis, matrimonium contrahere teneantur, saltem si propter circumstantias particulares (v. g., necessitatem legitimandi prolem) ratione eligendi statum meliorem (qui tunc revera melior non esset) omnino excusari nequirent. Cf. Sanchez (*I. XLIV-XLVII*), S. Lig. (*III. 649 et VI. 873*), Gury (*731. q. 2. not. a*), Vecchiotti (§ 66), D'Annibale (*III. 394*) etc. Nihil dico de conjugatis (uxore non consentiente) etc.

PUNCTUM V.

*De aetate ordinandorum.*

77. *Quid de aetate?* Quoad aetatem, omnia sunt notissima. Pro prima tonsura, aetas non praescribitur. Quia tamen tonsurandi debent habere usum rationis, Sacramentum confirmationis recepisse, scire legere et scribere etc., utique oportebit ut saltem septennium expleverint.

Pro ordinibus minoribus pariter, aetas non assignatur: consuetudo tamen est ut circa decimum quartum annum vel etiam prius conferantur; ita tamen ut pro Acolythatu saltem an. duodecimus completus exigatur. Cf. Ferraris (v. *Ordo* a. II. n. 74) et Bened. XIV. (Const. *Eo quamvis* § 19).

Pro Subdiaconatu annus vigesimus secundus, pro Diaconatu annus vigesimus tertius, et pro Presbyteratu annus vigesimus quintus exigitur (sufficit semper si annus sit inceptus).

Dispensatio pro aetate concedi potest a solo Pontifice; et quoad Presbyteratum tantummodo peti et concedi solet.

PUNCTUM VI.

*De adscriptione alicui Ecclesiae.*

78. *Quid de adscriptione ista?* Tridentinum (*XXIII. XVI*) dicit: « Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis, Sancta Synodus... statuit, ut nullus in posterum » ordinetur, qui illi Ecclesiae aut pio loco, pro cuius necessitate vel utilitate assumitur non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis » vagetur sedibus ». Innocentius XIII. Const. *Apostolici ministerii* § 2 (an. 1723) decretum istud renovavit, simulque declaravit inscriptionem fieri debere etiam pro iis qui tantummodo primam tonsuram receperint; et, si forte omissa fuisset, statim suppleatur. Idipsum denuo jussit Benedictus XIII. Const. *In supremo*. Neque dicas hanc legem hodie jam nullius fructus et utilitatis esse; hoc enim falsum est, ut probat Benedictus XIV. De Syn. (*XI. II. 13*), « maxime si parochialis fuerit Ecclesia cui ordinatus adscribitur, atque huic injungatur ut susceptum ordinem in ea exerceat, ut » ecclesiasticis functionibus in eadem celebrandis inserviando assistat, ut in » christiana catechesi exponenda Parocho suppetias ferat, ut eidem SS. mum » Eucharistiae Sacramentum ad infirmos deferenti subserviat, collationes de » sacris ritibus et de casibus conscientiae cum ipso parocho habendas frequentet; neque vero in clerum admittantur aut ad superiores ordines » aliqui promoveantur, nisi qui hujusmodi servitium diligenter a se praestitum fuisse Ecclesiis, quibus adscripti fuerint, authenticis testimoniis et » monumentis docuerint ».



sed de monitis et regulis prudentialibus agitur. Sed quoad defectum qualitatum moralium, caveant, quam maxime caveant Episcopi, ne, subjectos periculosos ordinando, malum adaugeant. Scripsit Gelasius Papa (I. D. LXXVII. C. *Monachus*): « Quia convenientia Ecclesiae ministeria reparanda sunt, » non inconvenientibus meritis ingerenda..., ne, per occasionem supplendi » penuriae clericali, vitia potius divinis cultibus intulisse, non legitimae » familiae Domini putemur procurasse compendia ». Et S. Leo (*Epist. I. ad Afric. Ep.*) dixit: « Non est hoc consulere populis, sed nocere, nec praestare regimen, sed augere discrimen ». Qua in re sedulo observandum est quod, si male vivit clericus, etsi adhuc Episcopo suo indigeat ut ordinetur: longe pejora expectari debebunt de ipso, quando ex una parte jam ordinatus nihil ab illo timebit, et ex alia passiones majorem (quod maxime intra annum trigesimum et quadragesimum accidere solet) vim acquisitionis erunt. Subsistente itaque discrepantia inter regulas Tridentini et qualitates subjecti, Episcopus, non obstante quavis cleri sui penuria, prudentissime rem consideret, et saltem caveat ne ad sacram Ordinationem procedat, nisi, omnibus perpensis, omnino judicandum sit melius esse illum habere quam non habere; ad minus scilicet in quovis casu firmam teneat regulam illam supremam Tridentini dicentis (*l. c. XVI*): « Nullus debeat ordinari, qui iudicio sui » Episcopi non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis ».

PUNCTUM IV.

*De immunitate ab irregularitatibus aliisque impedimentis.*

74. *Quid de immunitate ab irregularitate?* Quanam sint irregularitates; quomodo susceptioni et collationi ordinum atque etiam primae tonsurae obstant; quibus in casibus possint dispensare ipsi Episcopi, dum in aliis dispensatio Sanctae Sedis exigitur; quomodo denique pro dispensatione exigitur causa justa (v. g., quod ordinandus pietate aut scientia excellat, vel quod Dioecesis cleri penuria laboret); haec omnia exponuntur in tractatu de irregularitatibus, qui ab Episcopis bene cognosci debet.

75. *Quid si quis ad recipiendam primam tonsuram, aut ordines, accideret irregularis, vel censura affectus, vel intrusus?* Ordinatio essetne valida? Gravissime delinqueret, ut patet ex monitione, qua in singulis ordinationibus accessus hujusmodi sub poena excommunicationis interdicatur. Ordinatio tamen esset valida; hac enim de causa invaliditas nullibi statuitur, et ordinationes nunquam renovantur.

76. *Quid de immunitate ab obligationibus cum Ordinum susceptione incompatilibus?* Casus esset in juvenibus militari conscriptione impeditis (de quibus sermo habebitur infra). Item in iis qui, sponsalibus celebratis, matrimonium contrahere teneantur, saltem si propter circumstantias particulares (v. g., necessitatem legitimandi prolem) ratione eligendi statum meliorem (qui tunc revera melior non esset) omnino excusari nequirent. Cf. Sanchez (*I. XLIV-XLVII*), S. Lig. (*III. 649 et VI. 873*), Gury (*731. q. 2. not. a*), Vecchiotti (§ 66), D'Annibale (*III. 394*) etc. Nihil dico de conjugatis (uxore non consentiente) etc.

PUNCTUM V.

*De aetate ordinandorum.*

77. *Quid de aetate?* Quoad aetatem, omnia sunt notissima. Pro prima tonsura, aetas non praescribitur. Quia tamen tonsurandi debent habere usum rationis, Sacramentum confirmationis recepisse, scire legere et scribere etc., utique oportebit ut saltem septennium expleverint.

Pro ordinibus minoribus pariter, aetas non assignatur: consuetudo tamen est ut circa decimum quartum annum vel etiam prius conferantur; ita tamen ut pro Acolythatu saltem an. duodecimus completus exigatur. Cf. Ferraris (v. *Ordo* a. II. n. 74) et Bened. XIV. (Const. *Eo quamvis* § 19).

Pro Subdiaconatu annus vigesimus secundus, pro Diaconatu annus vigesimus tertius, et pro Presbyteratu annus vigesimus quintus exigitur (sufficit semper si annus sit incoeptus).

Dispensatio pro aetate concedi potest a solo Pontifice; et quoad Presbyteratum tantummodo peti et concedi solet.

PUNCTUM VI.

*De adscriptione alicui Ecclesiae.*

78. *Quid de adscriptione ista?* Tridentinum (*XXIII. XVI*) dicit: « Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis, Sancta Synodus... statuit, ut nullus in posterum » ordinetur, qui illi Ecclesiae aut pio loco, pro cuius necessitate vel utilitate assumitur non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis » vagetur sedibus ». Innocentius XIII. Const. *Apostolici ministerii* § 2 (an. 1723) decretum istud renovavit, simulque declaravit inscriptionem fieri debere etiam pro iis qui tantummodo primam tonsuram receperint; et, si forte omissa fuisset, statim suppleatur. Idipsum denuo jussit Benedictus XIII. Const. *In supremo*. Neque dicas hanc legem hodie jam nullius fructus et utilitatis esse; hoc enim falsum est, ut probat Benedictus XIV. De Syn. (*XI. II. 13*), « maxime si parochialis fuerit Ecclesia cui ordinatus adscribitur, atque huic injungatur ut susceptum ordinem in ea exerceat, ut » ecclesiasticis functionibus in eadem celebrandis inserviendo assistat, ut in » christiana catechesi exponenda Parocho suppetias ferat, ut eidem SS. mum » Eucharistiae Sacramentum ad infirmos deferenti subserviat, collationes de » sacris ritibus et de casibus conscientiae cum ipso parocho habendas frequentet; neque vero in clerum admittantur aut ad superiores ordines » aliqui promoveantur, nisi qui hujusmodi servitium diligenter a se praestitum fuisse Ecclesiis, quibus adscripti fuerint, authenticis testimoniis et » monumentis docuerint ».



PUNCTUM VII.

*De interstitiis et exercitio ordinis.*

79. *Quid de interstitiis et de exercitio ordinis?*

I.<sup>o</sup> Lex quae praescribit interstitia, quod scilicet aliquod temporis spatium inter unum et alterum ordinem decurrat, habet fines sequentes. Primus est ut clerici in singulis ordinibus se exerceant; exigitur quippe nedum ut Subdiaconatus ante Diaconatum, et Diaconatus ante Presbyteratum; sed etiam ut ordinum minorum ante Subdiaconatum, exercitium praestitum fuerit. Trid. (*l. c. XIII*). Secundus est ut clerici occasionem habeant melius considerandi se de gradu in gradum ad statum sublimissimum ascendere; atque adeo in virtute, devotione et pietate semper ferventiores evadendi. Tertius est ut per temporis intervallum (maxime inter primam tonsuram et Subdiaconatum atque unum et alterum ordinem majorem) Episcopus de Ordinandorum moribus et servitio praestito Ecclesiae, cui (ut supra) sunt adscripti, informationes capere, de eorumque merito iudicium fundatum eformare possit.

II.<sup>o</sup> Interstitia sunt saltem unius anni ecclesiastici inter postremum ordinem minorem et Subdiaconatum, inter Subdiaconatum et Diaconatum, et inter Diaconatum et Presbyteratum. Quoad Ordines minores autem tempus non est determinatum (*Trid. XXIII. XI. XIII. XIV*).

III.<sup>o</sup> Episcopus dispensare potest ab interstitiis; sed aliter et aliter. Quoad annum enim, qui inter postremum ordinem minorem et Subdiaconatum, atque inter Diaconatum et Presbyteratum decurrere debet, dispensare potest solum propter necessitatem vel saltem utilitatem Ecclesiae, ut apertis verbis decernit Trid. (*l. c. XI. XIV*); quae causae, nisi adsint, non est concedenda dispensatio a lege, ut notat Benedictus XIV (*De Syn. XI. II. 16*). Quamvis autem causae istae subsisterent, non ideo duo Sacri Ordines eodem die conferri possent (*Trid. l. c. XIII*); et neque Subdiaconatus simul cum prima tonsura et Ordinibus minoribus, ut pluries decrevit S. C. C. apud De Angelis (*I. XI. 7*). Facilius ab interstitiis dispensari potest quoad solos Ordines minores, et quidem ita ut eodem die bini, vel etiam omnes simul cum prima tonsura, maxime si Dioecesis consuetudo ita ferat, conferri possint.

IV.<sup>o</sup> Regulares quoque a solo Episcopo dispensari possunt ab interstitiis, nisi habeant privilegium posterius Tridentino, quo a suis Superioribus dispensari valeant. Cf. De Angelis (*l. c.*).

PUNCTUM VIII.

*De titulo Ordinationis.*

80. *Quid de titulo ordinationis?*

I.<sup>o</sup> Titulus ordinationis est canonica assignatio provisionis, qua victui Clerici ordinandi quoad vixerit, vel donec aliter provideatur, consulitur sufficienter, antequam ordinetur.

II.<sup>o</sup> Trid. (*XXI. II*) dicit: « Cum non deceat eos, qui divino ministerio » adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem » quaestum exercere... , statuit S. Synodus ne quis deinceps clericus saecularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia et aetate, ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad vitam honeste sufficiat, pacifice possidere. Id vero » beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus; neque ea resignatio admittatur, nisi constito » quod aliunde vivere commode possit, et aliter facta resignatio nulla sit. » Patrimonium vero vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, » nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate vel communitate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium » illud vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse quae eis ad vitam » sustentandam satis sint; atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, » aut extingui, aut remitti nullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint ». Ex Tridentino itaque titulus ordinationis necessarius est solum pro subdiaconatu; sed alicubi (ex consuetudine) etiam pro Ordinibus minoribus et pro prima tonsura exigitur.

81. III.<sup>o</sup> Pro titulo ordinationis deservire possunt sequentia: 1.<sup>o</sup> Beneficium; 2.<sup>o</sup> Patrimonium sacrum; 3.<sup>o</sup> Capellania ecclesiastica (quae tamquam beneficium consideratur); 4.<sup>o</sup> Pensio, Capellania laicalis, atque etiam jus celebrandi Missas (vulgo *officiatura*), vel mansioneria (Cf. Lucidi *I. 396*) aliudve officium sacrum, cui emolumenta correspondeant (quae omnia tamquam patrimonium, servatis servandis, haberi possunt); 5.<sup>o</sup> Paupertas religiosa; 6.<sup>o</sup> Mensa communis in piis Congregationibus; 7.<sup>o</sup> Missiones in partibus Infidelium. Sed haec sunt explicanda.

IV.<sup>o</sup> Beneficium et Patrimonium (et quae pro Beneficio vel Patrimonio habentur) debent suppeditare Ordinando emolumentum annuum sufficiens; quod fere ubique taxa synodali vel consuetudine dioecesis (ubi Ordinandus domicilium habet, vel residere debet) determinatur; et notandum quod Episcopus, non obstante quavis consuetudine, per dispensationem, eandem taxam imminuere nequit. Nihil tamen vetat quominus summa requisita partim ex una et partim ex alia re (v. g. Beneficio, et Patrimonio) constituatur. Lucidi (*I. 408. 392. 393*). Eadem summa debet remanere libera a taxis, et aliis oneribus cujuslibet generis, quibus Ordinandus opera sua personali satisfacere nequeat.

82. V.<sup>o</sup> Si autem Beneficium gravetur oneribus Missarum aliarumve functionum, quibus Ordinandus per se ipsum satisfacere possit, (prout contingit etiam in Capellania, officiatu, mansioneria etc.); tunc S. C. arbitrio et conscientiae Episcopi decisionem remittit. Cf. Lucidi (*l. c. 394*) et Ferraris (v. *Ordo II. 107-110*). Episcopi autem annuere solent, dummodo Ordinandus (tum antequam Presbyteratum suscipiat; tum postea, si forte a Missa celebranda impediatur) aliis mediis sit provisus, ne mendicare cogatur. Medium quod communius adhibetur, est ut aliquis idoneus obliget seipsum suosque haeredes ad providendum, dato casu. Nunc autem Episcopi solent esse contenti quod Ordinandus nomen det Sacerdotum associationi, quae mutui subsidii appellatur, atque ad permanendum semper in ipsa se



obliget. Caeterum in cautionem praebente sola obligatio personalis (quae ad haeredes non transeat) non admittitur; et ratio est clara. Lucidi (l. c. 419) et Vecchiotti (III. § 28 in fn.).

VI.º Titulus ordinationis debet esse non solum 1.º *sufficiens*: 2.º *perpetuus* (ut hucusque explicavi); sed etiam 3.º *pacificus* (non vero litigiosus): 4.º *tutus*; unde pro fundo patrimoniali aestimatio periti, atque hypothea, et pro domibus assecuratio ab incendio exigitur (Scavini III. 560): 5.º *fructifer*; et, si cessationis vel imminutionis fructuum (prout in censu contingere posset) periculum adesset, tunc cautio exigeretur (Ferraris v. Ordo II. 98 et Vecchiotti III. § 28)\*; 6.º *constitutus in rebus immobilibus* vel quae pro immobilibus habeantur (non vero in rebus mobilibus vel semoventibus aut in fructibus industriae); et quidem haec immobilia debent esse *libera*, (non vero gravata aliis hypothecis etc.): 7.º *verus*; atque adeo non, sive totaliter sive partialiter, fictitius: fictio autem interveniret, v. g., ex pacto non exigendi fructus, vel si aestimatio rei veritatem excederet etc. 8.º *validus*; quod scilicet constitutus fuerit actu valido, etiam civiliter; unde nequit redundare in praedictum legitima, et quidem ita ut aliorum filiorum consensus nihil suffragaretur, quum nemo valeat renuntiare haereditati hominis adhuc viventis (Cf. Cod. civ. a. 954 et Lucidi I. 412). Item nequit pater aut mater omnia sua bona filio donare, si usumfructum sibi non reservent (a. 1091).

83. VII.º Titulus *paupertatis religiosae* valet quoad professos in religione votorum solemnium; non vero quoad Novitios, etsi vota simplicia in triennio ante professionem jam emiserint. Valet tamen semper quoad Sodales Societatis Jesu, etsi fecerint solum vota simplicia. C. De Angelis (I. XI. 8).

VIII.º Titulus *mensae communis* valere potest (si privilegium habeatur) in piis congregationibus votorum simplicium.

IX.º Titulus *missionum* apostolicarum valere potest, emisso juramento perseverantiae et ex indulto Apostolico. Scavini (III. 670).

84. X.º Si Episcopus sine titulo aut cum titulo fictitio vel non sufficienti Ordines conferret, nedum mortaliter peccaret, sed teneretur ipse de proprio supplere. Imo, quoad clericos viventes in congregationibus votorum simplicium, nec non si in pactum deduceret ut ordinatus alimenta ab eo non esset petiturus, aut si alienum subditum praetextu benefici ei statim conferendi, vel jam collati, sed minime sufficientis, sine licentia Episcopi illius, ordinaret, poenam suspensionis ipso facto incurreret. Const. *Apostolicae Sedis*.

PUNCTUM IX.

*De examine et scrutiniis.*

85. *Quid de examine et scrutiniis?*

I.º Imprimis Episcopus potest pro conscientia sua quemlibet ab examine et Ordinationibus repellere, quin ei causam indicare teneatur. Cf. Trid.

\* Patrimonium sacrum etiam a civili jurisprudentia habetur tamquam inalienabile; et quidem ita ut ejus fructus (qui ad Clerici sustentationem pertinent) nullatenus sequestrari possint. Cf. Scavini (III. 670. 10).

(XIV. r) et Bened. XIV. (De Syn. XII. VIII. 4). Repulsus tamen ad S. Sedem recurrere poterit, quae interdum injungit Metropolitano ut repulsae causam exquirat, eaque justa non subsistente, clericum ordinet. Cf. De Angelis (I. XI. 9).

II.º Scrutinium est duplex. Primum fit a Parocho jussu Episcopi, et secundum ab Episcopo ipso et Examinatoribus.

De primo sic loquitur Tridentinum (XXIII. v): « Ad minores ordines » promovendi bonum a Parocho et magistro scholae, in qua educantur, » testimonium habeant. Hi vero qui ad singulos majores essent assumendi, » per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri » cui magis expedire videbitur, committat ut, nominibus ac desiderio eorum » qui volent promoveri publice in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinan- » dorum natalibus, aetate, moribus, et vita a fide dignis diligenter inquirat, » et litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum » Episcopum quam primum transmittant ».

De secundo scrutinio autem idem Concilium (l. c. VII) dicit: « Sancta » Synodus... decernit ut, quando Episcopus ordinationem facere disposuerit, » omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante » ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad civitatem vocen- » tur: Episcopus autem Sacerdotibus et aliis viris peritis divinae legis, ac » in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi adscitis, ordinandorum genus, » personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam, et fidem diligenter » investiget, et examinet ».

Huic examini subjici debent etiam Regulares, dicente Tridentino (l. c. XII): « Regulares quoque nec in minori aetate, nec sine diligenti Episcopi » examine ordinentur, privilegiis quibuscumque quoad hoc penitus exclusis ». Excipe tamen nisi post Tridentinum privilegium alicui Ordini (prout Clericis Societatis Jesu) concessum fuerit.

86. *Circa scrutinia ista estne aliquid aliud notandum?* De primo S. Lig. (Hom. Ap. VII. 48) dicit: « Circa spiritum et mores parum tutus est ille » Episcopus, qui attestationibus Parochorum confidit. Hae plerumque fiunt » ob humanos respectus. Propterea Episcopi zelantes non firmare solent » supplices libellos, nisi prius secreto certi facti fuerint de eorum morum » probitate a pluribus personis fide dignis, quae noscant subjectum. Adver- » tatur hoc attente, quia hoc est medium valde efficax, imo necessarium » Episcopo, ut tutam faciat suam conscientiam in Ordinationibus ». De se- » cundo jam vidimus supra (n. 69 et seqq.) quid circa doctrinam mores et alia requisita in ordinandis exigantur. Hic noto tantummodo quod examina non ad solam doctrinam restringi, et tanto minus ad meram formalitatem (ita ut, non obstantibus defectibus, omnes approbentur) reduci debent. Tridentinum examen accuratum et investigationem diligentem exigit. Vult ut Episcopus viros peritos et exercitatos sibi adsciscat. Sed ad quid haec omnia, si jam omnes approbare bene esset? Nonne solus Episcopus abunde sufficeret? »



PUNCTUM X.

*De exercitiis spiritualibus.*

87. *Quid de exercitiis spiritualibus sacrae ordinationi praemittendis?*  
 Exercitia spiritualia decem dierum certe cadunt sub obligatione pro Italia et insulis adiacentibus jussu Innocentii XI et Innocentii XII. Patet ex litteris encyclicis S. C. Epp. et RR. (1 Febr. 1700) sequentis tenoris: « SS. mus D. nus (Innocentius XII) injungit ac praecipit, ut quae dudum S. M. Innoc. XI. P. M. per encyclicam ad universos Italiae, insularumque adjacentium Episcopos datam, qua ad spiritualia exercitia a singulis clericis decem dierum spatio, antequam ad sacros ordines assumantur, peragenda mandavit, exacte ac inviolabiliter observari et exequi curent, ac quos iisdem exercitiis per antedicti temporis spatium minime operam dedisse cognoverint, a sacra ordinatione repellant penitus et arceant ». Attamen consuetudine invecum est ut integrum decem dierum spatium pro solis ordinibus majoribus exigatur; pro minoribus autem minus sufficiat. Etsi autem pro Dioecibus extra talem de re ista lex scripta non adsit, consuetudo tamen (quae jam pro lege haberi solet) universalis est, ut saltem octo exercitiorum dies Ordinibus sacris praemittantur. Lucidi (I. 430).

88. *Quid de illis spiritualibus exercitiis, quae vulgo vocationis appellantur?* Haec peraguntur a clericis antequam studia Ecclesiasticorum propria, scilicet theologica, incipiant. Scopus eorum est ut circa status electionem seriam reflexionem faciant, ne in re tanti momenti eos errare contingat. In multis dioecibus usuveniunt, et valde consulenda sunt; sed de jure communi non praecipuntur.

PUNCTUM XI.

*De ordinationibus quoad locum, tempus, et obligationem eas habendi personaliter.*

89. *Quid circa tempora ordinationum?*

I.º Prima tonsura quovis die conferri potest, atque etiam vespertinis horis (Pontif. Rom.).

II.º Ordines minores conferri possunt solum diebus festivis de praecepto atque horis matutinis; etsi non oporteat ut conferantur intra Missam. (Pontif. et Lucidi I. 124).

III.º Pro collatione Ordinum Majorum a jure statuta sunt I.º Sabbata in omnibus quatuor temporibus; 2.º Sabbatum ante Dominicam de Passione; 3.º Sabbatum Sanctum (Pontif.). Censurae, quae olim aderant contra ordines et ordinatorum extra tempora, nunc amplius non adsunt; gravis tamen culpa interveniret, nisi indultum apostolicum obtineatur, aut nisi agatur de Regularibus qui privilegium habeant; quibus in casibus die dominico vel festivo de praecepto (non vero feriali) ordinatio haberi poterit. Cf. De Angelis (I. XI. 6).

90. *Quid circa locum?* Prima tonsura, et Ordines minores conferri possunt ubique (scilicet in qualibet Ecclesia vel Sacello) Pontif. De Ordinibus majoribus Tridentinum (XXIII. VIII) dicit: « Ordinationes sacrorum Ordinum... in cathedrali Ecclesia, vocatis praesentibusque ad id Ecclesiae Canonici, publice celebrentur: si autem in alio Dioecesis loco, praesente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia adeatur ». Hoc tamen esse intelligendum de sola ordinatione generali opinatur Lucidi (I. 127) referens Decr. 20 Nov. 1592 sequentis tenoris: « S. C. censuit, quod si non fuerit ordinatio generalis, sed tantum aliquarum personarum, potest ubique Episcopus eam habere, etiam in capella sua privata ».

91. *An obligatio conferendi ordines sit personalis in Episcopo loci; et quid si esset impeditus?* Tridentinum (XXIII. III) dicit: « Episcopi per se ipsos Ordines conferant. Quod si aegritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter quam probatos et examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant ». Etsi tamen Tridentinum aegritudinis tantummodo impedimentum indicet, certe quaevis alia justa causa sufficit, ut probat Lucidi (I. c. 63). Praeterea S. C. C. censuit Episcopum nedum ordinationem sed etiam examen alteri Episcopo committere posse. Cf. De Angelis (I. XII. 2).

APPENDIX

*Instructio S. C. S. O. circa clericos sub Gubernio Italico militiae adscriptos.*

92. *Istruzione. Sui chierici colpiti dalla leva militare.* La Suprema Congregazione del S. Offizio incaricata da Sua Santità nell'esame della nuova infausta Legge sul reclutamento, testè promulgata dal Governo Italiano, in rapporto alla promozione dei Chierici agli Ordini Sacri, dopo aver portato la sua attenzione su tale argomento nell'adunanza di feria v, loco IV, 9, del corrente settembre 1875... guidata nell'intendimento di agevolare per quanto è possibile, a traverso le molte difficoltà che si oppongono, la promozione dei chierici che sono forniti dei requisiti voluti dai Ss. Canonici, e tener lontani quelli, che avendo subito il servizio militare, non offrono garanzie sufficienti di buona riuscita, ha riconosciuto espediente di additare ai Reverendissimi Ordinari delle diocesi d'Italia alcune norme, cautele e prescrizioni applicabili alle varie evenienze, che tutte si compendiano nei seguenti articoli:

1.º Per quegli alunni ecclesiastici i quali hanno la sventura di appartenere alla prima categoria e non possono sperare di essere riformati, nè possono ottare per mancanza di mezzi al volontariato di un anno, la promozione agli Ordini sacri, è una necessità, che sia differita fin dopo compiuto il servizio attivo di tre o cinque anni e previi indubbi argomenti di vocazione ed idoneità.

2.º Nè si ravviserebbe espediente invocare nei casi particolari in via di grazia la dilazione all'anno 26.º per subire il volontariato di un anno, o in servizio triennale sull'esempio degli individui contemplati dalla Legge negli articoli 7 a 9 nell'intendimento di compiere gli studii e ricevere gli Ordini sacri: poichè seppure venissero ammesse tali domande, potrebbero seguirne conseguenze disastrose ed irreparabili alla Chiesa ed agli individui stessi, qualora avvenisse, che durante il servizio militare perdessero la vocazione e si pervertissero.

3.º Più utile sembra favorire il volontariato d'un anno. Al qual effetto i R.mi Vescovi procureranno promuovere nelle loro diocesi una pia associazione fra il clero e laicato cattolico da essi presieduta, colle di cui elargizioni possa sopperirsi o in tutto o in parte a seconda della condizione degli alunni, alla tassa richiesta dal governo, ed anche sovvenirli durante il volontariato.

4.º A questo beneficio dovrebbero ammettersi quegli alunni solamente, i quali per la loro



PUNCTUM X.

*De exercitiis spiritualibus.*

87. *Quid de exercitiis spiritualibus sacrae ordinationi praemittendis?*  
 Exercitia spiritualia decem dierum certe cadunt sub obligatione pro Italia et insulis adiacentibus jussu Innocentii XI et Innocentii XII. Patet ex litteris encyclicis S. C. Epp. et RR. (1 Febr. 1700) sequentis tenoris: « SS. mus D. nus (Innocentius XII) injungit ac praecipit, ut quae dudum S. M. Innoc. XI. P. M... per encyclicam ad universos Italiae, insularumque adjacentium Episcopos datam, qua ad spiritualia exercitia a singulis clericis decem dierum spatio, antequam ad sacros ordines assumantur, peragenda mandavit, exacte ac inviolabiliter observari et exequi curent, ac quos iisdem exercitiis per antedicti temporis spatium minime operam dedisse cognoverint, a sacra ordinatione repellant penitus et arceant ». Attamen consuetudine invecum est ut integrum decem dierum spatium pro solis ordinibus majoribus exigatur; pro minoribus autem minus sufficiat. Etsi autem pro Dioecibus extra talem de re ista lex scripta non adsit, consuetudo tamen (quae jam pro lege haberi solet) universalis est, ut saltem octo exercitiorum dies Ordinibus sacris praemittantur. Lucidi (I. 430).

88. *Quid de illis spiritualibus exercitiis, quae vulgo vocationis appellantur?* Haec peraguntur a clericis antequam studia Ecclesiasticorum propria, scilicet theologica, incipiant. Scopus eorum est ut circa status electionem seriam reflexionem faciant, ne in re tanti momenti eos errare contingat. In multis dioecibus usuveniunt, et valde consulenda sunt; sed de jure communi non praecipuntur.

PUNCTUM XI.

*De ordinationibus quoad locum, tempus, et obligationem eas habendi personaliter.*

89. *Quid circa tempora ordinationum?*

I.º Prima tonsura quovis die conferri potest, atque etiam vespertinis horis (Pontif. Rom.).

II.º Ordines minores conferri possunt solum diebus festivis de praecepto atque horis matutinis; etsi non oporteat ut conferantur intra Missam. (Pontif. et Lucidi I. 124).

III.º Pro collatione Ordinum Majorum a jure statuta sunt I.º Sabbata in omnibus quatuor temporibus; 2.º Sabbatum ante Dominicam de Passione; 3.º Sabbatum Sanctum (Pontif.). Censurae, quae olim aderant contra ordines et ordinatorum extra tempora, nunc amplius non adsunt; gravis tamen culpa interveniret, nisi indultum apostolicum obtineatur, aut nisi agatur de Regularibus qui privilegium habeant; quibus in casibus die dominico vel festivo de praecepto (non vero feriali) ordinatio haberi poterit. Cf. De Angelis (I. XI. 6).

90. *Quid circa locum?* Prima tonsura, et Ordines minores conferri possunt ubique (scilicet in qualibet Ecclesia vel Sacello) Pontif. De Ordinibus majoribus Tridentinum (XXIII. VIII) dicit: « Ordinationes sacrorum Ordinum... in cathedrali Ecclesia, vocatis praesentibusque ad id Ecclesiae Canoniceis, publice celebrentur: si autem in alio Dioecesis loco, praesente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia adeatur ». Hoc tamen esse intelligendum de sola ordinatione generali opinatur Lucidi (I. 127) referens Decr. 20 Nov. 1592 sequentis tenoris: « S. C. censuit, quod si non fuerit ordinatio generalis, sed tantum aliquarum personarum, potest ubique Episcopus eam habere, etiam in capella sua privata ».

91. *An obligatio conferendi ordines sit personalis in Episcopo loci; et quid si esset impeditus?* Tridentinum (XXIII. III) dicit: « Episcopi per se ipsos Ordines conferant. Quod si aegritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter quam probatos et examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant ». Etsi tamen Tridentinum aegritudinis tantummodo impedimentum indicet, certe quaevis alia justa causa sufficit, ut probat Lucidi (I. c. 63). Praeterea S. C. C. censuit Episcopum nedum ordinationem sed etiam examen alteri Episcopo committere posse. Cf. De Angelis (I. XII. 2).

APPENDIX

*Instructio S. C. S. O. circa clericos sub Gubernio Italico militiae adscriptos.*

92. *Istruzione. Sui chierici colpiti dalla leva militare.* La Suprema Congregazione del S. Offizio incaricata da Sua Santità nell'esame della nuova infausta Legge sul reclutamento, testè promulgata dal Governo Italiano, in rapporto alla promozione dei Chierici agli Ordini Sacri, dopo aver portato la sua attenzione su tale argomento nell'adunanza di feria v, loco IV, 9, del corrente settembre 1875... guidata nell'intendimento di agevolare per quanto è possibile, a traverso le molte difficoltà che si oppongono, la promozione dei chierici che sono forniti dei requisiti voluti dai Ss. Canonici, e tener lontani quelli, che avendo subito il servizio militare, non offrono garanzie sufficienti di buona riuscita, ha riconosciuto espediente di additare ai Reverendissimi Ordinari delle diocesi d'Italia alcune norme, cautele e prescrizioni applicabili alle varie evenienze, che tutte si compendiano nei seguenti articoli:

1.º Per quegli alunni ecclesiastici i quali hanno la sventura di appartenere alla prima categoria e non possono sperare di essere riformati, nè possono ottare per mancanza di mezzi al volontariato di un anno, la promozione agli Ordini sacri, è una necessità, che sia differita fin dopo compiuto il servizio attivo di tre o cinque anni e previi indubbi argomenti di vocazione ed idoneità.

2.º Nè si ravviserebbe espediente invocare nei casi particolari in via di grazia la dilazione all'anno 26.º per subire il volontariato di un anno, o in servizio triennale sull'esempio degli individui contemplati dalla Legge negli articoli 7 a 9 nell'intendimento di compiere gli studii e ricevere gli Ordini sacri: poichè seppure venissero ammesse tali domande, potrebbero seguirne conseguenze disastrose ed irreparabili alla Chiesa ed agli individui stessi, qualora avvenisse, che durante il servizio militare perdessero la vocazione e si pervertissero.

3.º Più utile sembra favorire il volontariato d'un anno. Al qual effetto i R.mi Vescovi procureranno promuovere nelle loro diocesi una pia associazione fra il clero e laicato cattolico da essi presieduta, colle di cui elargizioni possa sopperirsi o in tutto o in parte a seconda della condizione degli alunni, alla tassa richiesta dal governo, ed anche sovvenirli durante il volontariato.

4.º A questo beneficio dovrebbero ammettersi quegli alunni solamente, i quali per la loro



indole e per la loro antecedente condotta, offrono fondatissima speranza che si manterranno nella vocazione, non ostante l'anno di volontariato, e che quindi proseguiranno la carriera ecclesiastica; potendo altrimenti fomentarsi l'infingardaggine, e profondersi inutilmente una liberalità verso di chi non amasse sostenere il servizio triennale, e quindi compiuto l'anno di volontariato, si ritirasse dalla carriera ecclesiastica allegando mancanza di vocazione.

5.° Quegli alunni che per difetti fisici cadono sotto riforma potranno essere promossi ai Ss. Ordini anche entro il biennio, in cui possono essere sottoposti ad altro consiglio di leva, qualora il difetto sia di tal natura, da non potere dubitare, che venga revocato il precedente giudizio di riforma.

6.° Rimangono tuttavia ferme le prescrizioni dei Ss. Canoni in ordine a quelli che presentano difetti inducenti irregolarità, nei quali deve implorarsi nei singoli casi la dispensa Pontificia.

7.° Maggiori cautele richieggonsi per quei giovani chierici i quali hanno dovuto subire il servizio attivo di tre o cinque anni, e quindi si presentano per riassumere la carriera ecclesiastica. I criterii per la loro ammissione potrebbero essere: a) La vocazione allo stato ecclesiastico abbastanza dimostrata in precedenza. b) La condotta da essi tenuta durante il servizio militare. c) Il fermo proposito di riassumere la carriera ecclesiastica tornati che sieno nelle loro case.

8.° Ma per avere una certezza morale sulle buone disposizioni osservate dai giovani chierici in mezzo alle armi e fra i pericoli delle caserme i R.mi Vescovi non risparmieranno il loro zelo ed operosità, usando tutti quei mezzi valevoli, se non a superare, almeno a diminuire le molte difficoltà che si frappongono; e fra i vari si suggeriscono i seguenti: — a) Quei giovani che partono col proposito di mantenersi nella loro vocazione, oltre ai salutari ammonimenti a conservare lo spirito mediante la possibile frequenza delle pratiche religiose, e la lettura di libri ecclesiastici, non escluso il da Kempis, *De Imitatione Christi*, dovrebbe imporsi l'obbligo, se occorre anche in iscritto, di tenere sempre informato il proprio Vescovo intorno ai luoghi ove essi saranno di guarnigione, per raccomandarli alla sorveglianza, carità e consigli dell'Ordinario locale, ed avere da esso opportune informazioni, mediante la cooperazione di qualche buono ecclesiastico, od anche laico, fra quelli segnatamente che saranno ascritti alla pia Associazione pel contributo alla tassa del volontariato; di cui all'art. 3.° Questa specie di tutela reputasi necessaria od oltremodo proficua; ed i R.mi Vescovi non dovrebbero avere a grave di prestarsi a questo scambievole ufficio. — b) Quelli a di cui favore risultassero informazioni soddisfacenti, potranno al loro ritorno essere riamessi allo stato clericale, ma non così facilmente agli Ordini sacri, mentre prima dovrebbero esigersi sufficienti prove di loro vocazione mediante la dimora di qualche anno in qualche convitto ecclesiastico, o nel Seminario, separatamente però dagli alunni, ed ove sia difetto di tali luoghi, sottoporli alla direzione e sorveglianza attiva di qualche pio, dotto e discreto sacerdote, per far rivivere in essi lo spirito ecclesiastico, e correggere quei difetti, che per quanto si voglia, è assai difficile che non abbiano contratto nella milizia. — c) In fine la maggiore o minore necessità di ministri dovrebbe essere il movente a facilitare più o meno la promozione dei medesimi agli Ordini sacri per non esporre gli enti del Signore a riassumere il servizio militare più o meno cattivo, a seconda delle diverse categorie, alle evenienze di una guerra e subire pure le conseguenze funeste della medesima.

9.° Per gli stessi riguardi non minori cautele si esigono nella collocazione dei Benefici, ossia dei Canonici della Cattedrale, e segnatamente Teologale, Penitenzieri e Parrocchiali. Di questi ultimi, tranne il caso di assoluta necessità, dovrebbe adottarsi per massima la collazione fra quelli solamente che sono esenti da ogni servizio militare per aver varcato il 39° anno di età.

10.° Ad agevolare tale intendimento sarebbe cosa lodevole ed utile, se i R.mi Vescovi si adoperassero col loro zelo a promuovere le vocazioni nei giovani adulti esenti da ogni pericolo di divenire militari, educandoli al sacro ministero del Seminario, separatamente dagli alunni, od in altra guisa che stimeranno acconcia alla buona riuscita.

11.° Qualora poi la necessità obbligasse a conferire le Parrocchie ed altri uffici ecclesiastici a sacerdoti, che ad onta di avere in precedenza esaurito il servizio militare a seconda delle categorie cui appartengono, sono tuttavia vincolati dalla Legge a riassumere le armi in caso di guerra, sarà della prudenza dei R.mi Vescovi usare delle cautele nelle collazioni; dichiarando in simili casi il provvisto amovibile; o per lo meno facendo ad esso accettare la condizione di rilasciare

liberamente una porzione delle rendite e proventi del Beneficio parrocchiale secondo il prudente arbitrio del proprio Vescovo, a favore di quello che interinalmente dovrebbe sostenerne le veci.

12.° La stessa condizione dovrebbe esigersi nella provvista della Penitenzieria e della Teologale.

13.° Quando per ragione dei mesi od altri titoli la provvista è riservata alla S. Sede, sarà pure opportuno che i R.mi Vescovi nelle Commendatizie che rilasciano facciano espressa menzione della condizione dei concorrenti, cioè se ancora sieno o pur no soggetti alla legge militare.

14.° Le stesse misure di sorveglianza notate sotto l'art. 8.° lettera A dovrebbero adoperarsi per gli ecclesiastici di cui all'art. 11.°, quante volte pel caso di guerra dovessero militare; e tornati che sieno dal servizio, sarà cosa espediente che si ritirino in santi esercizi per qualche tempo, prima che riassumano il sacro ministero, onde richiamare in essi lo spirito ecclesiastico.

15.° Per i casi sopra indicati i R.mi Vescovi potranno dispensare dalla legge di residenza i Parrochi ed altri prebendati, che vi sarebbero astretti dal loro ufficio come pure dalla irregolarità dei chierici o sacerdoti che avessero potuto contrarre durante le fazioni militari.

16.° Avvenendo casi con circostanze eccezionali e non previste, sarà della prudenza dei R.mi Vescovi ricorrere alla S. Sede per le analoghe istruzioni ».

Roma, il 16 Settembre 1875

Card. PATRIZI

ARTICULUS V.

*De cura habenda ab Episcopo ut pietate, zelo, doctrina etc. suus clerus semper eniteat.*

93. *Quomodo Episcopus finem istum assequi poterit? Praeter vigilantiam et salutare admonitiones de quibus supra egi, media praecipua sunt sequentia: 1.° Exercitii spiritualia; 2.° Conferentiae; 3.° Operositas; 4.° Unio.*

94. *Quid de exercitiis spiritualibus?*

S. C. Epp. et RR. (1 Febr. 1700) dicit: « Cum diuturna experientia » compertum sit, ad retinendam conservandamque sacerdotalis ordinis dignitatem et sanctimoniam maxime conducere ut ecclesiastici viri spiritualibus » exercitiis aliquando vacent, quibus quidquid sordidum de mundano pulvere » conceptum est, commode detergitur, ecclesiasticus spiritus reparatur, » mentis acies ad divinarum rerum contemplationem extollitur, recte sanctaeque vivendi norma vel instituitur vel confirmatur; proinde Sanctitas » sua (Innocentius XII)... Ordinarios admonet et hortatur, ut fructu, qui » sane uberrimus ex praedictis spiritualibus exercitiis percipitur, opportune » proposito et explicato, universos ex clero sibi subjecto, sed praecipue » animarum rectores, confessarios, canonicos, aliosque beneficiatos... diligenter excitent ad eadem exercitia saltem semel in anno peragenda ».

95. Maxime autem expediret ut Episcopus Confessariis audientibus confessiones Sacerdotum in exercitiis facultates amplissimas (nulla prorsus facta exceptione) quoad reservationem et casus Poenitentiarum (si illos habeat) concederet. Expedire videtur etiam ut saltem Directores exercitiorum facultate absolventi a censura contracta propter absolutionem complicitis, pro ea occasione muniti essent.

96. *An Episcopus possit hos vel illos Sacerdotes ad exercitia spiritualia stricto mandato cogere vel etiam aliqua modica poena mulctare si renuant? Facta prius lege generali, et praevia paterna admonitione, affir-*



mative; ut patet ex responso S. C. C. (20 Sept. 1878) apud *Monitore Eccl.* (II. II. 81). Si autem lex generalis facta non fuerit, tunc negandum videtur, quandoquidem S. R. C. (4 Mart. 1747) dixit: « Hortandos esse sed » non cogendos ».

97. *Quid de conferentiis?* Hae sunt medium efficacissimum et unicum ad obtinendum quod Parochi et Confessarii omnes ad studium incumbant. Oportet tamen ut omnes adveniant praeparati, ita ut sorte decidatur quinam casus morales et liturgicos in calendario expositos resolvere debeant. Deserviunt etiam non parum ad spiritum ecclesiasticum in clero conservandum et augendum, dummodo in ipsis brevis et fervens exhortatio, sive ab Episcopo sive a Sacerdotibus designatis facienda, nunquam desit. De re ista diffuse egi in libello cui titulus *Casus conscientiae* (an. 1891).

98. *Quid de operositate?* Episcopus curare debet ut Sacerdotes, etiam juvenes, sine occupatione non remaneant. Unicus annus otii sufficere potest ad illos nedum inutiles tota vita reddendos sed etiam in pejorem ruinam conjiciendos; otium enim est pater omnium vitiorum. Curabit itaque ut non solum in studiis, verum etiam (utique pedetentim et prudentia adhibita) ad sacra ministeria et opera zeli incumbant. In hunc finem maxime deservirent 1.º schola eloquentiae sacrae pro iis qui Theologiae cursum jam persolverint; qua non frequentata facultas concionandi nullatenus aut difficile detur; 2.º Congregatio pro sacris Missionibus; 3.º Approbationes, laudes, promotiones et quidquid conferre potest ad animum addendum iis qui laborant et bonam voluntatem praeserunt; 4.º Praedictae conferentiae, quae, nedum solemniter methodo supra indicata coram Episcopo, et Vicariis Foraneis saltem octies in anno celebrentur et quibus ex stricta obligatione Parochi et Confessarii intervenire debeant; sed etiam aliae conferentiae privatae et voluntariae, quae singulis hebdomadis in civitatibus et oppidis fiant.

99. *Quid de unione?* Unionem esse quam maxime necessariam unusquisque videt; vis enim unita fortior, et *regnum in se ipsum divisum desolabitur*. Cleri scissura illius vim enervat, bona opera impedit, scandalum ingerit, et efficit ut hostibus aciem compactam opponere non possit. Clerus debet esse unitus 1.º cum Episcopo, 2.º in se ipso. Hanc itaque duplicem unionem Episcopus toto nisu procurabit.

Quoad primam, opus est ut Episcopus existimationem et amorem sibi conciliet. Existimationem virtutibus, scientia et prudentia (ut supra explicavi), non vero aliter, sibi comparabit. Quoad amorem autem, quid de Episcopo, qui praepotentiis, intrusionibus, exigentiis ultra limites suae potestatis, litibus non stricte necessariis, correctionibus injustis vel excessivis, male dicendo de clero suo, censurando vel irrisionibus exponendo hos vel illos Sacerdotes speciatim apud saeculares, et maxime parochos apud parochianos, et denique aspere malisque modis cum omnibus procedendo; se molestissimum atque intolerabilem redderet, et sic malevolentiam omnium contra se concitaret? Ab hujusmodi agendi ratione longissime absint Episcopi, et potius conscientiam sibi faciant sequendi monita Concilii Tridentini (XIII. 1) dicentis: « Illud primum eos admonendos censet ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita praeesse suis subditis oportere, ut non » eis dominantur, sed illos tamquam filios et fratres diligant, elaborentque, » ut hortando et monendo ab illicitis deterreant, ne, ubi deliquerint, debitis

» eos poenis coercere cogantur: quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda praeceptio, ut » illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate et patientia, cum » saepe plus erga corrigendos agat benevolentia quam austeritas; plus exhortatio quam comminatio; plus charitas quam potestas. Sin autem ob delicti » gravitatem virga opus fuerit; tunc eum mansuetudine rigor; cum misericordia iudicium; cum lenitate severitas adhibenda est ».

Quoad secundam autem unionis speciem, scilicet ut clerus sit unitus in se ipso, advertat Episcopus quod divisiones et scissurae provenire possunt tum ex passionibus (et maxime ex superbia), tum ex principiis et iudiciis falsis, cujusmodi hodie esse solent praecipue principia liberalismi, sed interdum est etiam fanaticismus in ipsis principiis bonis, ut puta, si pars Cleri perfectionem ita in omnibus vellet, ut aliam partem bonam quidem sed minus perfectam persecutionibus afficeret. Si itaque Episcopus habeat clerum satis unitum, procuret ut talis remaneat; si vero scissurae jam adessent, earum causas investiget, easque destruere conetur. Media autem cleri unionem conservandi vel procurandi sunt 1.º Praecipere aut saltem enixe et saepe hortari Sacerdotes, ne diaria, quae stricte catholica non sint, praemanibus habeant; 2.º Efficere ut in exercitiis spiritualibus nedum indirecte (quod in ipsis semper fit), sed etiam directe, cleri unio sub omni respectu et toto nisu procuretur.

## CAPUT X.

### *De Episcopo quoad electionem Parochorum.*

#### ARTICULUS I.

##### *De Examinatoribus synodalibus et pro-synodalibus.*

100. 1.º Quamvis Episcopus uti possit examineribus quibuslibet pro examine Ordinandorum, Confessariorum, atque etiam concurrentium ad Theologalem et Poenitentiarum (*Bened. XIV De Syn. IV. VII. 2*); tamen pro examine seu concursu ad ecclesias parochiales, oportet omnino (sub poena nullitatis) ut examineribus synodalibus vel pro-synodalibus utatur. (*Trid. XXIV. XVIII*).

II.º Examinatores synodales (qui etiam Sacerdotes regulares esse possunt) eliguntur in synodo dioecesana. Ad Episcopum spectat eos proponere, sed oportet ut synodo satisfaciant ab eaque probentur (*Trid. l. c.*). Debent esse ad minus sex; sed multo plures eligi possunt; non tamen ultra viginti (*Ferraris v. Examinatores 28-29*). Durant in officio usque ad sequentem synodum, etsi illa ultra annum protraheretur (*Bened. XIV De Syn. IV. VII. 8*); dummodo tamen sex remaneant; si enim per aliquorum mortem vel discessum e dioecesi sex non remanerent, tunc, si haec deficientia intra annum contingeret Episcopus cum consensu Capituli jure ordinario alios (ut sex evadant) eligere potest. Anno autem expleto, cessant ab officio examinatores, etiam electi in synodo, qui (ut dixi) sex non remanserint; unde,



si nova Synodus non celebretur, id solum reliquum erit ut examinatores pro-synodales eligantur.

III.º Ad Examinatores pro-synodales eligendos, opus est ut Episcopus obtineat indultum S. Sedis, quae ei concedit ut illos nominet atque proponat Capitulo, a cuius majori parte debent approbari. Hi durant in officio solum ad annum; quo elapso, oportet ut Episcopus iterum pro eorundem confirmatione ad S. Sedem recurat. (*Bened. XIV l. c. 10*).

IV.º Examinatores debent omnes ad sancta Dei Evangelia jurare se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus esse executuros. Juramentum istud exigitur pro valido, et quidem ita ut, si unus tantummodo illud non emisisset, concursus invalidi essent. Sufficit tamen quod semel (post electionem singulis annis) praestitum fuerit, neque exigitur ut in singulis concursibus renovetur (*Ferraris l. c. 34*). Illud esse emittendum ab Examinatoribus pro synodalibus coram Episcopo aut Vicario Generali, et ab Examinatoribus synodalibus in synodo, dicit Benedictus XIV (*l. c. 6*); sed Ferraris (*l. c.*) censet hos postremos extra Synodum quoque juramentum emittere posse.

V.º Tridentinum (*l. c.*) dicit: « Caveant ne quidquam prorsus occasione huius examinis, nec ante nec post, accipiant; alioquin simoniae vitium tam ipsi quam alii dantes incurrant, a quo absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quae quomodocumque etiam antea obtinebant, et ad alia in posterum inhabiles reddantur ».

ARTICULUS II.

*De indictione concursus et examine.*

101. I.º Intra tempus a jure statutum Episcopus aperiat concursum per publicum edictum, in quo tum diem et horam examinis, tum etiam terminum utilem ad concurrendum, atque ad requisita (scilicet attestations meritorum, munerum, aetatis etc.) Cancellario exhibenda, determinet; ita scilicet ut inter terminum ipsum et examen saltem aliqui dies decurrant.

Quaeritur I.º Quid de more multorum Episcoporum indicendi quidem concursum, sed simul advocandi aliquem, propter timorem ne sponte concurrentes sint minus apti; ut scilicet bono Paroeciae melius et tutius consulatur? Medium istud adhiberi poterit sub duabus conditionibus. Prima est quod si forte praeter praevisionem, concurrat aliquis magis dignus invitato, ille et non iste eligatur. Secunda est quod medium huiusmodi ad casus rarissimos, et vere urgentis et manifestae necessitatis, reservetur. Secus enim concurrentes animo deicerentur, et multi ad studium incumbere atque ad concursus se praesentare cessarent. Penuria autem concurrentium efficit ut Episcopus vel Sacerdotibus minus aptis Paroecias dare cogatur, vel semper in eo sit ut aliquem advocet.

Quaeritur II.º Potestne Episcopus excludere aliquem a concursu? Affirmative, si qui excluditur gravi da causa revera excludi debeat. Mens enim Tridentini est ut concurrentes Examinatoribus nominentur ab Episcopo, vel saltem sperari debeat quod sint idonei; dicit enim (*XXIV. XVIII*): « Epi-

» scopus... idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis » Examinatoribus nominat ». Confirmatur etiam a S. C. C. apud *Acta (XVII. pag. 590)*.

II.º Elapso termino designato, nemo amplius acceptari debet. Excipiendus tamen est casus, in quo, examine non adhuc inaepto, se praesentet aliquis, qui rationabili impedimento detentus, tempestive se praesentare nequiverit. Ita S. Rota apud *Monitore (IV. I. pag. 16)*.

III.º Eveniente hora concursus, Episcopus (aut Vicarius Generalis) et Examinatores (qui ad minus tres esse debent. *Trid. XXIV. XVIII*) cum Cancellario se conferant ad examinandos.

IV.º Casus et quaestiones resolvendae latino idiomate dicitur omnibus eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore textus Evangelii (super quo conciunculam nationali idiomate perscribant), nec non aliquod caput Concilii Tridentini aut Catechismi Romani in nationalem linguam traducendum, tradatur. Benedictus XIV (*Const. Cum illud*) suggerit ut haec traductio fiat oretenus ab unoquoque concurrente separatim et aliis non audientibus. Sed res ista, quae sub praecepto minime proponitur, passim negligitur propter varias difficultates; et potius traductio in scriptis acceptatur.

V.º Certum idemque omnibus spatium temporis constituatur, intra quod casus resolvant, et conciunculam componant.

VI.º Eodem in conclavi concurrentes omnes claudantur; unde nemo eorum egredi, neque alius quispiam eo ingredi possit.

VII.º Omnes sua quisque manu tum responsa tum sermonem scribant, subscribantque.

VIII.º Unusquisque haec sua scripta tradat Cancellario, qui ea claudat et sigillis muniat. Accedant autem subscriptiones ipsius concurrentis, Cancellarii, Examinatorum et Episcopi. Haec omnia proponuntur a Benedicto XIV (*Const. Cum illud*); et jam consuetudine fere ubique recepta sunt.

ARTICULUS III.

*De iudicio ferendo ab Examinatoribus.*

102. Iudicium, quod ad Examinatores spectat, in quo consistit?

Ipsi iudicare tenentur de sola idoneitate et sufficientia uniuscujusque concurrentis; dum iudicium de majori idoneitate ad Episcopum spectat. Patet ex Tridentino dicente: « Renuntientur (Episcopo) quotcumque ab his » (examinatoribus) idonei iudicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia, » et aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, ex hisque » Episcopus eum eligat, quem caeteris magis idoneum iudicaverit ».

103. Sed quisnam iudicari poterit idoneus aetate, moribus, doctrina, prudentia, et aliis rebus etc.?

Quoad aetatem (per se loquendo) sufficit si concurrens habeat aetatem canonicam, si nempe 25 annum attigerit (*Trid. XXIV. XII*).

Quoad mores (qui, ut ait Lugo *De Just. XXXV. 2*, sumuntur a statu et consueto modo operandi, non vero ab uno vel altero actu ex fragilitate com-



si nova Synodus non celebretur, id solum reliquum erit ut examinatores pro-synodales eligantur.

III.º Ad Examinatores pro-synodales eligendos, opus est ut Episcopus obtineat indultum S. Sedis, quae ei concedit ut illos nominet atque proponat Capitulo, a cujus majori parte debent approbari. Hi durant in officio solum ad annum; quo elapso, oportet ut Episcopus iterum pro eorundem confirmatione ad S. Sedem recurrat. (*Bened. XIV l. c. 10*).

IV.º Examinatores debent omnes ad sancta Dei Evangelia jurare se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus esse executuros. Juramentum istud exigitur pro valido, et quidem ita ut, si unus tantummodo illud non emisisset, concursus invalidi essent. Sufficit tamen quod semel (post electionem singulis annis) praestitum fuerit, neque exigitur ut in singulis concursibus renovetur (*Ferraris l. c. 34*). Illud esse emittendum ab Examinatoribus pro synodalibus coram Episcopo aut Vicario Generali, et ab Examinatoribus synodalibus in synodo, dicit Benedictus XIV (*l. c. 6*); sed Ferraris (*l. c.*) censet hos postremos extra Synodum quoque juramentum emittere posse.

V.º Tridentinum (*l. c.*) dicit: « Caveant ne quidquam prorsus occasione » hujus examinis, nec ante nec post, accipiant; alioquin simoniae vitium » tam ipsi quam alii dantes incurrant, a quo absolvi nequeant, nisi dimissis » beneficiis, quae quomodocumque etiam antea obtinebant, et ad alia in posterum inhabiles reddantur ».

ARTICULUS II.

*De indictione concursus et examine.*

101. I.º Intra tempus a jure statutum Episcopus aperiat concursum per publicum edictum, in quo tum diem et horam examinis, tum etiam terminum utilem ad concurrendum, atque ad requisita (scilicet attestations meritorum, munerum, aetatis etc.) Cancellario exhibenda, determinet; ita scilicet ut inter terminum ipsum et examen saltem aliqui dies decurrant.

Quaeritur I.º *Quid de more multorum Episcoporum indicendi quidem concursum, sed simul advocandi aliquem, propter timorem ne sponte concurrentes sint minus apti; ut silicet bono Paroeciae melius et tutius consulatur?* Medium istud adhiberi poterit sub duabus conditionibus. Prima est quod si forte praeter praevisionem, concurrat aliquis magis dignus invitato, ille et non iste eligatur. Secunda est quod medium hujusmodi ad casus rarissimos, et vere urgentis et manifestae necessitatis, reservetur. Secus enim concurrentes animo deicerentur, et multi ad studium incumbere atque ad concursus se praesentare cessarent. Penuria autem concurrentium efficit ut Episcopus vel Sacerdotibus minus aptis Paroecias dare cogatur, vel semper in eo sit ut aliquem advocet.

Quaeritur II.º *Potestne Episcopus excludere aliquem a concursu?* Affirmative, si qui excluditur gravi da causa revera excludi debeat. Mens enim Tridentini est ut concurrentes Examinatoribus nominentur ab Episcopo, vel saltem sperari debeat quod sint idonei; dicit enim (*XXIV. XVIII*): « Epi-

» scopus... idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis » Examinatoribus nominat ». Confirmatur etiam a S. C. C. apud *Acta (XVII. pag. 590)*.

II.º Elapso termino designato, nemo amplius acceptari debet. Excipiendus tamen est casus, in quo, examine non adhuc inaepto, se praesentet aliquis, qui rationabili impedimento detentus, tempestive se praesentare nequiverit. Ita S. Rota apud *Monitore (IV. I. pag. 16)*.

III.º Eveniente hora concursus, Episcopus (aut Vicarius Generalis) et Examinatores (qui ad minus tres esse debent. *Trid. XXIV. XVIII*) cum Cancellario se conferant ad examinandos.

IV.º Casus et quaestiones resolvendae latino idiomate dicitur omnibus eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore textus Evangelii (super quo conciunculam nationali idiomate perscribant), nec non aliquod caput Concilii Tridentini aut Catechismi Romani in nationalem linguam traducendum, tradatur. Benedictus XIV (*Const. Cum illud*) suggerit ut haec traductio fiat oretenus ab unoquoque concurrente separatim et aliis non audientibus. Sed res ista, quae sub praecepto minime proponitur, passim negligitur propter varias difficultates; et potius traductio in scriptis acceptatur.

V.º Certum idemque omnibus spatium temporis constituatur, intra quod casus resolvant, et conciunculam componant.

VI.º Eodem in conclavi concurrentes omnes claudantur; unde nemo eorum egredi, neque alius quispiam eo ingredi possit.

VII.º Omnes sua quisque manu tum responsa tum sermonem scribant, subscribantque.

VIII.º Unusquisque haec sua scripta tradat Cancellario, qui ea claudat et sigillis muniat. Accedant autem subscriptiones ipsius concurrentis, Cancellarii, Examinatorum et Episcopi. Haec omnia proponuntur a Benedicto XIV (*Const. Cum illud*); et jam consuetudine fere ubique recepta sunt.

ARTICULUS III.

*De iudicio ferendo ab Examinatoribus.*

102. *Judicium, quod ad Examinatores spectat, in quo consistit?*

Ipsi iudicare tenentur de sola idoneitate et sufficientia uniuscujusque concurrentis; dum iudicium de majori idoneitate ad Episcopum spectat. Patet ex Tridentino dicente: « Renuntientur (Episcopo) quotcumque ab his » (examinatoribus) idonei iudicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia, » et aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, ex hisque » Episcopus eum eligat, quem caeteris magis idoneum iudicaverit ».

103. *Sed quisnam iudicari poterit idoneus aetate, moribus, doctrina, prudentia, et aliis rebus etc.?*

Quoad aetatem (per se loquendo) sufficit si concurrens habeat aetatem canonicam, si nempe 25 annum attigerit (*Trid. XXIV. XII*).

Quoad mores (qui, ut ait Lugo *De Just. XXXV. 2*, sumuntur a statu et consueto modo operandi, non vero ab uno vel altero actu ex fragilitate com-



misso) ordinarie sufficit si concurrens circa illos bona fama gaudeat, quatenus (ut dicit Palao XIII. IV. v. 4) nec in iudicio condemnatus fuerit, nec apud graves et probos viros existimationem amiserit. S. Th. explicans illud *Oportet Episcopum sine crimine esse*, dicit: « Non vult dicere Apostolus quod qui » mortaliter peccat non possit eligi, sed quod non sit infamis. Quasi dicat » quod ille, qui est in peccato notorio et famoso estque infamis de facto » propter enormitatem et gravitatem criminis, iste talis est prorsus indignus » ut eligatur ». Et Th. Hurtado (qui de Examinatoribus synodalibus ex professo tractavit) n. 437 scripsit: « Si peccatum mortale sit occultum, etiam » si sciatur ab aliquo Examinatore, etsi faciat malum virum coram Deo, » tamen non facit malum ministrum Ecclesiae, si per alias qualitates potest » esse utilis ». Dixi ordinarie; si enim ageretur de concubinato, aut de peccatis commissis cum pluribus personis; et, uno verbo, si, attentis circumstantiis extraordinariae fragilitatis, vel malitiae, vel imprudentiae, vel levitatis etc., scandala reformidari deberent; tunc subiectus huiusmodi, quamvis hucusque bona fama gauderet, reprobandus esset; quid enim refert si infamia non adsit hodie, si adfutura sit cras?

Quoad doctrinam, Hurtado (n. 461) optimam dat regulam, inquit: « Ille dicitur illiteratus (nempe carens doctrina sufficienti) ad Parochialem, » qui nescit ea quae sufficiunt ad populum edocendum ea quae credere et » observare debet, eique Sacramenta ministranda ». Sacramentum, cujus administratio majorem scientiam requirit, est Poenitentia; sed S. Lig (VI. 627) dicit: « satis esse si confessarius intelligat quae frequentius accidunt, » et de aliis sciat dubitare ». Concurrentes itaque examinandi sunt circa casus practicōs, eos scilicet qui (attentis etiam Paroeciae circumstantiis) facile aut non difficiliter occurrere possunt, v. g. de furto; de compensatione; de restitutione; de sexto praecepto; de sanctificatione festorum; de jejuniis et abstinentia a carnibus; de muneribus Parochi propriis; de illis impedimentis matrimonii quae facilius occurrere possunt, et de modo dispensationes impetrandi et exequendi; de debito coniugali; de obligationibus statuum particularium et maxime genitorum; de recidivis et occasionariis; de sigillo, de sollicitatione etc. Si concurrentes in his male respondeant, vix aut ne vix quidem approbari poterunt; si autem circa casus metaphysicos et abstrusissimos, qui difficillime in praxi unquam occurrunt, examinati fuerint et male responderint, non ob id tamquam scientia necessaria destituti reprobari possunt, multo magis si ex studiis in scholis cum laude peractis, vel ex probatione data in aliis concursibus, vel eo quod officio Parochi vel Vicarii bene functi fuerint, de eorum instructione sufficienti satis superque constaret. Enimvero iudicium de doctrina, sive pro sive contra concurrentem, non solum in scriptis, sed aliis quoque notitiis, quae de illo habeantur, fundari potest et subinde debet. Nunquid enim concurrentem ignorantissimum qui casu hac vice sat bene responderit, Examinatores tamquam sufficienti doctrina praeditum, cui tuto paroecia committi valeat, iudicare poterunt in conscientia? Huiusmodi profecto nequit esse sensus Tridentini. Idem dic in casu inverso concurrentis, qui doctrinae et peritiae suae argumenta manifestissima jam dederit, casu autem hac vice non bene responderit, et maxime si de rebus difficilibus neque practicis (quas extemplo scire non teneatur) interrogatus fuerit. Vide Acta (XXII. 136).

Quoad prudentiam, difficile est quod subjectus (alioquin sufficienti scientia et probitate praeditus) reiici debeat, eo quod (v. g. propter illius aetatem juvenilem) circa dotem istam iudicium in positivis notitiis fundatum efformari non possit. Excipe nisi ageretur de Paroecia alienius oppidi, aut tali quae, propter amplitudinem aut alias circumstantias, magnam prudentiam exigeret: et maxime si jam constaret quod concurrens praepropere, fanatico, et sine reflexione procedere solitus esset.

Quoad alias res ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunas, videntur praesertim an Paroecia aliquam specialem praerogativam in Pastore exigat; et ex hoc capite, v. g., concurrens avarus aut aere alieno gravatus excludi deberet si pauperes abundarent. Idem dic si concurrens esset male firmae salutis, debilis, delicatus, aut piger, et Paroecia esset ampla et multum laborem magnamque operositatem exigeret etc. (Si concursus unicus pro pluribus paroeciis deserviret, considerandum esset an talis vel talis concurrens pro qualibet, an vero solum pro aliqua approbari possit).

Nihil dico de defectibus naturalibus, si forte, v. g., quis propter surditatem confessionibus excipiendis, aut propter balbutiem praedicationi esset omnino ineptus; aut si quis identidem in amentiam incideret. Interdum considerari debet etiam concurrentis indoles, v. g., nimia iracundia et facilitas litigandi cum omnibus, tenacitas proprii iudicii etiam contra Superiores etc.

Benedictus XIV inter bona merita recenset etiam servitia Ecclesiae praestita (v. g. in officio Vicarii); sed videndum an bene, an vero male illa praestiterit.

104. An regulae recensitae servandae sint semper rigorose?

Negative. Enimvero 1.º propter magnam Ministrorum penuriam, vel difficultatem inveniendi subjectum qui illam paroeciam acceptare velit, utique indulgentius procedi poterit; necessitas enim non habet legem (Cf. S. Lig. VI. 628 et Lugo De just. et jur. XXXV. 5). Hoc tamen intellige nisi potius expediat ut Paroecia adhuc vacans remaneat, vel etiam prorsus sacerdote quolibet destituatur, quam talem parochum habeat; qua de re dicit Hurtado (n. 1354), quod notorie improbus sine fundata spe emendationis, qui scandalo suo Paroeciam infecturus sit, non potest eligi ne in necessitate quidem. 2.º Hodie caute procedendum esset etiam si adesset periculum quod subjectus (caeteroquin dignus) placitum regium obtenturus non foret; quomodo enim talis electio ad vacantis Ecclesiae gubernationem opportuna esset? 3.º Aliqua advertentia exigeretur etiam si, propter leges conscriptionis militaris, Sacerdos non adhuc liber esset et versaretur in periculo advocacionis ad exercitum; qua de re vide Instructionem S. C. S. O. supra relatam (n. 92). 4.º Si Examinator concurrentis indignitatem, vel minorem dignitatem, ex notitia habita sub secreto cognosceret, tunc ex dictis (Praxis n. 2075-2111) normam sumere debebit.

105. Quenam sunt praecipuae occasiones, quae ad falsum et injustum iudicium pertrahere possunt?

1.º Aliqua affectio humana, v. g., odii, amicitiae, vel propter preces, intercessionem etc.

2.º Impatientia, si forte concurrens prolixiori sermone vel caractere male intelligibili scripserit, maxime si Examinatores jam valde sint defatigati et taedio affecti.



3.º Si concurrens in responsis latinis grammaticae errores immiscere soleat. Non de magistro grammaticae, sed de parochio eligendo agitur.

4.º Si concurrens, propter mores vel alia motiva exceptionibus subjectus, magistrales et perpulchras casuum resolutiones fecerit: facillimum est enim quod scientia ita illudat, ut defectus zeli, operositatis, prudentiae, probitatis etc. nihil vel parum considerentur. Idem dic si aliqua alia dos praecleara (v. g. zelus) in concurrente valde fulgeret; dum interim graves defectus (v. g., imprudentiae, avaritiae etc.) eum ad illam paroeciam regendam ineptum redderent. Illudere potest etiam magna concurrentis liberalitas, si nempe ex nimia cordis bonitate et prudentiae defectu res eo usque procedere possint, ut ultra vires aere alieno gravetur etc. Denique facile contingere potest quod Examinatores parum vel nihil considerent aptitudinem ad locum; quod scilicet scientiae aliarumque optimarum qualitatum splendore illusi approbent subjectum, qui propter aliquam circumstantiam (et quidem forte ei minime imputabilem, v. g., familiae suae) ad regendam paroeciam illam particularem ineptissimus sit.

106. *Quid si aliquis intra tempus praefixum scripta non compleverit, et longiori tempore indigerit?* Quum dictum temporis spatium non pertineat ad substantiam concursus, Episcopus, attentis peculiaribus circumstantiis (v. g. quia aliquis sit piger et impeditus in scribendo), alicui (etsi alii concurrentes reclamarent) tempus prorogare potest. Examinatores tamen huic defectui aliquod pondus in iudicio ferendo dare debent. Hoc autem pluribus S. C. C. resolutionibus confirmatur. *Acta (XIX. 394-395).*

107. *Quid si aliquis quaestionem aliquam sine responso relinquerit, vel traductionem aut concionculam omiserit?* Haec omissio notanda erit ab Examinatoribus, sed hoc solum non efficeret ut concurrere necessario reprobari debeat. Cf. *Acta (XXII. 133 et seqq.).*

108. *Quid si Examinatores iudicarent de sola scientia?* Male se gerent, et quidem ita ut concursus ex hoc invalidus redderetur.

Quod male se gerant patet 1.º ex Tridentino (l. c.) dicente: « Renuntiantur quotcumque ab his (examinatoribus) idonei iudicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis ». Patet 2.º ex Benedicto XIV, qui (Const. *Cum illud*) dicit: « Parem, ni forte majorem, solertiam examinatores adhibeant in perscrutandis aliis qualitibus regimini animarum consentaneis; morum honestatem inquirent, gravitatem, prudentiam, praestita hactenus Ecclesiae obsequia, acquisitam in aliis muneribus laudem, aliaque spectabilium virtutum ornamenta, doctrinae arcto foedere consocianda; hisque omnibus conjunctim expensis, inhabiles per sua suffragia rejiciant, et idoneos Episcopo renuncient ».

Quod secus agendo concursus invalidus reddatur, potest ex decreto S. C. C., quae interrogata: « An, sicut Episcopo et Examinatoribus simul junctis Concil. Trid. committit examen scientiae, sic etiam committat eisdem simul examen morum et prudentiae; ita ut, si examen aetatis, morum et prudentiae factum fuerit a solo Episcopo, concursus sit nullus? » Die 2º Aug. 1607 respondit: « Si examinatores non retulerint idoneos quoad omnes qualitates, prout Concilium requirit, nullum esse concursum ». (Cf. *Bened. XIV. De Syn. IV. 8.*)

109. *Quid si examinatores darent prius iudicium de scientia et postea de aliis qualitibus; ita ut, si concurrere ad quaesita male responderit, possint illum definitive reprobare, antequam alias ejusdem qualitates consideraverint?* Tunc quoque Examinatores ita perperam se gererent ut concursus esset nullus. Tridentinum enim exigit ut omnia prius perpendantur et postea iudicio unico et copulativo, subjectus iudicetur idoneus vel non idoneus; secus, concursus esse invalidum, S. C. C. pluries declaravit. Vide *Acta (XI. 117-133)*, et *Avvisatore Eccl. (An. V. pag. 73)*.

110. *Debentne aut possunt Examinatores iudicare etiam de majori idoneitate?*

I.º Ad iudicandum quis sit magis idoneus neque tenentur, neque jus habent. S. C. C. (22 Jul. 1741) dixit: « Examinatores debent renunciare quot idonei reperti fuerint, non autem quis eorum dignior sit ». Et Benedictus XIV (l. c.) scripsit: « Oritur quaestio an hujusmodi iudicium de majori habilitate, seu supra caeteros approbatos praestantia, ad solum spectet Episcopum, an etiam ad Synodales Examinatores. Sed adeo luculenta sunt verba quibus Tridentinum renuntiare digniorem inter approbatos solius Episcopi iudicio committit, ut mirum nobis videatur aliquos reperiri Doctores, qui id juris adscripserint Examinatoribus. Quod iterum nos declaravimus et confirmavimus in praefata nostra Encyclica ».

Nil tamen vetat quominus, Episcopo exigente aut non contradicente, Examinatores in modo iudicium proferendi diversos etiam idoneitatis vel indignitatis gradus expriment; quod passim, et Romae quoque, fieri solet.

111. *Quaenam methodus praeferenda videtur in dandis votis?* Methodus melior videtur sequens quae Romae servatur.

I.º Quilibet Examinator conficit notulam (vulgo *listino*), quae ad auxilium memoriae tantummodo deservit, ut sententiae justitia melius in tuto ponatur.

II.º Haec notula fit pro quolibet concurrente, et habet duas partes principales: prima ad determinandum meritum scriptorum, scilicet uniuscujusque resolutionis, concionculae et traductionis; secunda pro indicanda summa aliarum qualitatum (id est morum, aetatis, prudentiae etc.).

III.º Scripta solent esse sex (scilicet tres casus morales, quaestio theologiae dogmaticae, concioncula, et traductio). Quilibet Examinator in determinando merito uniuscujusque ex his scriptis, utitur sequentibus signis, scilicet 1 ad significandum *bene vel optime*; ½ ad significandum *mediocre*; 0 ad significandum *male vel pessime*.

N. B. Non multum aestimari debet error, si res fuisset difficilis et non practica; quam scilicet Parochus, ad bene exercendum officium suum, extemplo scire non teneatur.

IV.º Expresso merito uniuscujusque scripti, Examinator conficit summam, et scribit numerum resultantem, qui meritum totale scriptorum indicabit.

V.º Postea considerantur aliae qualitates; et scribitur 6 ad indicandum *optime*; 0 ad significandum *pessime*. Ad indicandos autem gradus inter haec duo extrema, 5, vel 4, vel 3 etc. scribentur.

VI.º Deinde ex merito scriptorum et ex merito aliarum qualitatum nova summa conficitur. Numerus maximus (uti patet) erit 12; et medius erit 6.



Hinc examinador ad decidendum an concurrentem Episcopo denuntiari debeat tamquam approbatum, vel tamquam reprobatum, vel tamquam nec approbatum nec reprobatum, regulam sumere poterit sequenti modo:

VII.º Numerus ultra 6 approbatum, infra 6 reprobatum, 6 nec approbatum nec reprobatum indicare poterit. Dico *poterit*; dantur enim casus in quibus concurrens obtineat 6 quoad doctrinam, et 0 propter defectum aliarum qualitatum, unde tamquam nec approbatus nec reprobatus indicari deberet; et tamen regula falleret, eo quod dictus defectus sit talis ac tantus ut tamquam omnino reprobatus denuntiandus sit. Tantumdem contingere posset si quis optimas haberet qualitates, sed defectus scientiae absolutam reprobationem exigeret. Sed, praescindendo ab his casibus exceptionalibus, regula exposita optime deservit.

Exempla

	1. Cas.	2. Cas.	3. Cas.	Dogm.	Conclun.	Traduct.	Sum. script.	Qualit.	Sum. tot.
<b>Cajus</b>	1	1	1	1	1	1	6	6	12
<b>Livius</b>	0	1/2	1/2	1/2	1/2	0	2	3	5
<b>Ennius</b>	1	0	1/2	1/2	1/2	0	2 1/2	3 1/2	6

Sic itaque Cajus approbatus, Livius reprobatus, et Ennius nec approbatus nec reprobatus resultaret.

VIII.º Postquam quilibet examinador determinaverit iudicium suum pro primo concurrente, illum denuntiabit Episcopo, sive viva voce, sive (ut mihi magis placet) per schedulam clausam; in qua, si iudicaverit concurrentem approbatum, scribet **A** cum duobus numeris exprimentibus meritum doctrinae et meritum aliarum qualitatum. Si e contra illum iudicaverit reprobatum, scribet **R** (cum numeris etc.). Si denique illum iudicaverit nec approbatum nec reprobatum, scribet **N. A. N. R.** (cum numeris etc.).

IX.º Notandum quod Examinadores vota sua dare debent collegialiter et praesente Episcopo; votis autem datis, illa amplius destruere vel modificare nequeunt; unde ad secundam votationem nunquam recurri potest. Vide *Monitore* (IV. I. pag. 155-157).

112. *Quid de methodo denuntiationem faciendi Episcopo viva voce vel per albas et nigras?*

Examinadores possunt certe etiam viva voce denuntiari Episcopo approbatus vel reprobatus etc.; sed haec methodus subicitur tentationi respectus humani, si forte aliquis examinador vellet aliquem reprobare, et aegre ferret quod alii examinadores id scirent, maxime si de eorundem secreto (ad quod caeteroquin tenentur) confidentiam non haberet.

Methodus exprimendi sententiam per albas et nigras deservire posset; dummodo pro unoquoque concurrente quilibet examinador unicam tantummodo fabam (sive albam sive nigram) daret. Sed Episcopi ordinarie intelligere cupiunt sententiam Examinadorum etiam circa gradum meritorum; quod sic non praestaretur.

Si autem per plures fabas unusquisque Examinador suam sententiam

exprimeret, talis methodus ita periculosa esset, ut concursus invalidus esse posset; aliquando enim contingeret casus, in quo (si examinadores essent quatuor) reprobatus a tribus resultare posset approbatus (eo quod quartus examinador multas albas ei dedisset); et viceversa approbatus a tribus, reprobatus resultare posset.

Adhuc autem pejus esset si prius quoad doctrinam, postea quoad alias qualitates vota darentur, et ex summa decisio sumeretur.

ARTICULUS IV.

*De partibus, quae hoc in iudicio ad Episcopum spectant.*

113. *Quid spectet ad Episcopum praesentibus Examinadoribus?* Quoad unumquemque concurrentem, aperiendo et considerando schedulas, videre debet an vota examinadorum sit favorabilia, vel contraria, vel paria, vel singularia. Erunt *favorabilia* si concurrens ab omnibus examinadoribus, vel a majori parte ipsorum, approbatus fuerit; et idem dicendum videtur si ab uno approbatus, et ab aliis nec approbatus nec reprobatus fuerit. Erunt *contraria*, si ab omnibus vel a majori parte fuerit reprobatus. Erunt *paria*, si (v. g., quatuor extantibus examinadoribus) duo approbassent, et duo reprobasent. Erunt denique *singularia* si, tribus extantibus examinadoribus, unus approbasset, alter reprobasset, et tertius, nec approbando nec reprobando, indifferens fuisset. *Monitore* (l. c.) cum Palao (XIII. III. II. § 4. n. 6) et Garzias (*De Benef. IX. n. 38*). Sed idem dicendum videtur si examinadores fuissent quatuor, et unus approbasset, alter reprobasset, alii vero duo indifferentes fuissent. In substantia autem vota singularia non differunt a votis paribus; in utroque enim casu lanx a neutra parte cadit, et in aequilibrio remanet.

114. Si vota fuerint contraria, Episcopus pro concurrente nihil facere poterit: si vero fuerint paria aut singularia, poterit suo voto accedere, et declarare an tamquam approbatus, vel tamquam reprobatus haberi debeat; dicit enim Tridentinum (l. c.): « Quorum (examinadorum) votis, si pares » aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus » magis videbitur ». Hoc autem ei licebit non solum in necessitate, sed etiam quando alii concurrentes (qui probatissimi evaserint) non deessent. Oportet tamen ut collegialiter, scilicet praesentibus examinadoribus, id praestet; ut bene notat Bened. XIV (*De Syn. IV. VIII. 5*). Cf. *Monitore* (IV. I. 157).

115. *Postquam vota (ut supra) habita et notata fuerint ab Episcopo, quid ei reliquum erit?*

Debet considerare (etiam separatim ab Examinadoribus) quisnam inter approbatos magis idoneus iudicandus sit, eumque ad vacantem Ecclesiam nominare. Apertissima sunt verba Tridentini (l. c.) dicentis: « Ex hisque » (approbatis) Episcopus eligat, quem caeteris magis idoneum iudicabit ». Ad iudicandum autem de majori idoneitate, respicere debet praecipue vitae sanctitatem et prudentiam. Rectissime scripsit S. Ligorius (IV. 92) « Qui » praeditus est majori sanctitate aut prudentia, praefendus est ei qui sola » scientia praeeminet ». Et (*Hom. Ap. VII. 54*) subjungit: « Quoad scien-



Hinc examinador ad decidendum an concurrentem Episcopo denuntiari debeat tamquam approbatum, vel tamquam reprobatum, vel tamquam nec approbatum nec reprobatum, regulam sumere poterit sequenti modo:

VII.º Numerus ultra 6 approbatum, infra 6 reprobatum, 6 nec approbatum nec reprobatum indicare poterit. Dico *poterit*; dantur enim casus in quibus concurrens obtineat 6 quoad doctrinam, et 0 propter defectum aliarum qualitatum, unde tamquam nec approbatus nec reprobatus indicari deberet; et tamen regula falleret, eo quod dictus defectus sit talis ac tantus ut tamquam omnino reprobatus denuntiandus sit. Tantumdem contingere posset si quis optimas haberet qualitates, sed defectus scientiae absolutam reprobationem exigeret. Sed, praescindendo ab his casibus exceptionalibus, regula exposita optime deservit.

Exempla

	1. Cas.	2. Cas.	3. Cas.	Dogm.	Conclun.	Traduct.	Sum. script.	Qualit.	Sum. tot.
<b>Cajus</b>	1	1	1	1	1	1	6	6	12
<b>Livius</b>	0	1/2	1/2	1/2	1/2	0	2	3	5
<b>Ennius</b>	1	0	1/2	1/2	1/2	0	2 1/2	3 1/2	6

Sic itaque Cajus approbatus, Livius reprobatus, et Ennius nec approbatus nec reprobatus resultaret.

VIII.º Postquam quilibet examinador determinaverit iudicium suum pro primo concurrente, illum denuntiabit Episcopo, sive viva voce, sive (ut mihi magis placet) per schedulam clausam; in qua, si iudicaverit concurrentem approbatum, scribet **A** cum duobus numeris exprimentibus meritum doctrinae et meritum aliarum qualitatum. Si e contra illum iudicaverit reprobatum, scribet **R** (cum numeris etc.). Si denique illum iudicaverit nec approbatum nec reprobatum, scribet **N. A. N. R.** (cum numeris etc.).

IX.º Notandum quod Examinadores vota sua dare debent collegialiter et praesente Episcopo; votis autem datis, illa amplius destruere vel modificare nequeunt; unde ad secundam votationem nunquam recurri potest. Vide *Monitore* (IV. I. pag. 155-157).

112. *Quid de methodo denuntiationem faciendi Episcopo viva voce vel per albas et nigras?*

Examinadores possunt certe etiam viva voce denuntiari Episcopo approbatus vel reprobatus etc.; sed haec methodus subicitur tentationi respectus humani, si forte aliquis examinador vellet aliquem reprobare, et aegre ferret quod alii examinadores id scirent, maxime si de eorundem secreto (ad quod caeteroquin tenentur) confidentiam non haberet.

Methodus exprimentis sententiam per albas et nigras deservire posset; dummodo pro unoquoque concurrente quilibet examinador unicam tantummodo fabam (sive albam sive nigram) daret. Sed Episcopi ordinarie intelligere cupiunt sententiam Examinadorum etiam circa gradum meritorum; quod sic non praestaretur.

Si autem per plures fabas unusquisque Examinador suam sententiam

exprimeret, talis methodus ita periculosa esset, ut concursus invalidus esse posset; aliquando enim contingeret casus, in quo (si examinadores essent quatuor) reprobatus a tribus resultare posset approbatus (eo quod quartus examinador multas albas ei dedisset); et viceversa approbatus a tribus, reprobatus resultare posset.

Adhuc autem pejus esset si prius quoad doctrinam, postea quoad alias qualitates vota darentur, et ex summa decisio sumeretur.

ARTICULUS IV.

*De partibus, quae hoc in iudicio ad Episcopum spectant.*

113. *Quid spectet ad Episcopum praesentibus Examinadoribus?* Quoad unumquemque concurrentem, aperiendo et considerando schedulas, videre debet an vota examinadorum sit favorabilia, vel contraria, vel paria, vel singularia. Erunt *favorabilia* si concurrens ab omnibus examinadoribus, vel a majori parte ipsorum, approbatus fuerit; et idem dicendum videtur si ab uno approbatus, et ab aliis nec approbatus nec reprobatus fuerit. Erunt *contraria*, si ab omnibus vel a majori parte fuerit reprobatus. Erunt *paria*, si (v. g., quatuor extantibus examinadoribus) duo approbassent, et duo reprobassent. Erunt denique *singularia* si, tribus extantibus examinadoribus, unus approbasset, alter reprobasset, et tertius, nec approbando nec reprobando, indifferens fuisset. *Monitore* (l. c.) cum Palao (XIII. III. II. § 4. n. 6) et Garzias (*De Benef. IX. n. 38*). Sed idem dicendum videtur si examinadores fuissent quatuor, et unus approbasset, alter reprobasset, alii vero duo indifferentes fuissent. In substantia autem vota singularia non differunt a votis paribus; in utroque enim casu lanx a neutra parte cadit, et in aequilibrio remanet.

114. Si vota fuerint contraria, Episcopus pro concurrente nihil facere poterit: si vero fuerint paria aut singularia, poterit suo voto accedere, et declarare an tamquam approbatus, vel tamquam reprobatus haberi debeat; dicit enim Tridentinum (l. c.): « Quorum (examinadorum) votis, si pares » aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus » magis videbitur ». Hoc autem ei licebit non solum in necessitate, sed etiam quando alii concurrentes (qui probatissimi evaserint) non deessent. Oportet tamen ut collegialiter, scilicet praesentibus examinadoribus, id praestet; ut bene notat Bened. XIV (*De Syn. IV. VIII. 5*). Cf. *Monitore* (IV. I. 157).

115. *Postquam vota (ut supra) habita et notata fuerint ab Episcopo, quid ei reliquum erit?*

Debet considerare (etiam separatim ab Examinadoribus) quisnam inter approbatos magis idoneus iudicandus sit, eumque ad vacantem Ecclesiam nominare. Apertissima sunt verba Tridentini (l. c.) dicentis: « Ex hisque » (approbatis) Episcopus eligat, quem caeteris magis idoneum iudicabit ». Ad iudicandum autem de majori idoneitate, respicere debet praecipue vitae sanctitatem et prudentiam. Rectissime scripsit S. Ligorius (IV. 92) « Qui » praeditus est majori sanctitate aut prudentia, praefendus est ei qui sola » scientia praeeminat ». Et (*Hom. Ap. VII. 54*) subiungit: « Quoad scien-



» tiam potest bene Episcopus se conformare Examinatorum iudicio; sed sua  
 » praecipua diligentia sit, ut ipse cognoscat de vitae probitate, inquirendo  
 » notitiam a diversis. In dubium revocanda non est maxima S. Francisci  
 » Salesii, quod in cura animarum praeferendi sint sufficienter docti doctio-  
 » ribus, qui spiritu sint inferiores. Et S. C. sic decrevit: — Praeferendus est  
 » minus doctus (modo idoneus), quando ejus mores sunt approbati, doctiori  
 » cujus vita ignoratur —. Pro certo habendum, Parochum probum uno  
 » mense meliorem esse populo, quam Parochus doctior, sed minus probus,  
 » toto anno ». Celebre exemplum habemus in Parocho *d' Ars*. Aliam quoque  
 regulam dat ipse S. Ligorius (*IV. 92*) inquit: « Major dignitas eligen-  
 » dorum non est accipienda absolute sed respective ad utilitatem Ecclesiae »,  
 unde bene contingere potest quod, v. g., pro paroecia momentosa alicujus  
 oppidi Sacerdos aetate gravis, doctus et valde prudens, juveni magis pio  
 praeferrere debeat. Item pro locis alpestribus (maxime si Parochus Vicarium  
 non sit habiturus) magna quoque virium corporalium ratio haberi debet.

116. Haec autem obligatio (speciatim propter damnum Ecclesiae) certe  
 urget sub gravi, et quidem toties quoties (*S. Lig. IV. 94*). Hac itaque in  
 re ab intercessionibus, ambientium precibus et suggestionibus, imo etiam a  
 plebium petitionibus (quae saepe non sunt spontaneae sed ab ambientibus ipsis  
 procuratae), maxime caveant Episcopi, ne severissimam Deo rationem red-  
 dere cogantur. Sed tenebiturne ad restitutionem Episcopus, qui minus dignum  
 digniori praeferat? De hoc vide dicta (*n. 1646*).

117. *Quid si Episcopus digniori praeferat minus dignum, non propter  
 intercessionem aut alia motiva humana; bene vero ad melius providendum  
 suae Dioecesi, v. g., quia minus digno indigeat pro schola in civitate ubi  
 ei dabit illam paroeciam, vel quia aliam magis momentosam paroeciam in  
 posterum digniori dare velit, vel quia minus dignus jam a longo tempore  
 concurrat etc.?* Quaestionem istam satis practicam apud Auctores non inveni.  
 Certe dignior praetermissus se appellare posset, et Episcopus de mala ele-  
 ctione damnaretur.

CAPUT XI.

*De Episcopo quoad paroecias quae sint juspatronatus, vel S. Sedi reser-  
 vatae, aut quia nemo se praesentaverit conferri debeant sine concursu;  
 et quoad parochorum vicarios atque coadjutores.*

118. *Quid de paroeciis juspatronatus?* Si juspatronatus sit laicale, ge-  
 neratim loquendo (nisi scilicet plures aequaliter praesententur), nullus requi-  
 ritur concursus. Sed praesentatus necessario approbari debet a tribus exami-  
 natoribus; et, si idoneus, statim admitti debet. Idem dic de juspatronatu  
 mixto. Si juspatronatus sit ecclesiasticum (scilicet adnexum officio aut col-  
 legio ecclesiastico) tunc exigitur concursus, et patronus eligere debet ex  
 approbatis digniorem si institutio spectet ad Ordinarium; sin minus, electio  
 dignioris ad Ordinarium, et sola illius praesentatio ad patronum, spectabit.

119. *Quid de paroeciis quarum collatio S. Sedi reservetur?* Si S. Sedi  
 reserventur ratione mensium (quatenus scilicet vacantes per obitum re-

manserint in mensibus qui non sint Martii, Junii, Septembris et Decembris);  
 Ordinarius eligit digniorem, et illum Datariae indicat. Si vero S. Sedi re-  
 serventur ob alias causas (v. g. *per risulta*), tunc acta concursus cum litteris  
 commendatitiis ad Datariam mittuntur, ad quam electio spectat. Cf. Scavini  
 (*III. 623-626*).

120. *Quid si concursus inutiliter indictus fuerit?* Tridentinum (*XXIV.  
 XVIII*) dicit: « Si tamen adeo exigui redditus dietae parochiales fuerint, ut  
 » totius hujus examinationis operam (scilicet concursum) non ferant; aut  
 » nemo sit qui se examini quaerat subicere; aut ob apertas factiones seu  
 » dissidia... facile graviores rixae ac tumultus possint excitari; poterit Ordi-  
 » narius, si pro sua conscientia cum Deputatorum consilio ita expedire ar-  
 » bitrabitur, hac forma omissa, privatum aliud examen, caeteris tamen ut  
 » supra servatis, adhibere ».

121. *Quid de approbatione Vicariorum, et appositione Coadjutoris?* Pa-  
 rochus potest (et subinde debet) sibi adsciscere Vicarium, sed oportet ut  
 Episcopus illum approbet. Quoad autem appositionem coadjutoris, privatio-  
 nem paroeciae etc., vide dicta (*Praxis n. 3778-3793*).

CAPUT XII.

*De Episcopo quoad Regulares et speciatim quoad Moniales.*

122. *Quid de Episcopo circa Regulares?* Hac de re recolenda sunt dicta  
 (*3650-3651. 7.º*), et plurima alia observari poterunt apud Lucidi (*II. IV.  
 75 et seqq.*).

123. *Quid de Episcopo circa Moniales?*

I.º Dum quolibet anno (ut dixi *n. 3819*) monasteria Monialium visitat,  
 secretam auscultationem faciat uniuscujusque Monialis, ut intelligat an et  
 quatenam in monasterio adsint inordinationes. Sit tamen valde cautus: audiat  
 multum et loquatur parum: caveat speciatim ne contra Superiorissam, Con-  
 fessarium et Syndicos quidquam dicat: caveat etiam ne partialem se osten-  
 dat, si forte circa futuras electiones opinionum discrepantias animadvertat.  
 Auscultatione autem peracta, de opportunis provisionibus prospiciat. S. Lig.  
 (*H. A. VII. 61*).

II.º Totus in eo sit ut observentur regulae et constitutiones. Hae mutari  
 nequeunt si fuerint a S. Sede approbatae. In quovis casu mutationes contra  
 constitutiones, vel etiam contra relaxationes inveteratas, non faciat nisi  
 praevio consensu Monialium omnium, atque ad modum experimenti. Lucidi  
 (*l. c. V. 16. 27*).

III.º Regula (si forte adsit) de manifestatione conscientiae Superiorissae,  
 et de abstinendo a S. Communionem jussu illius, novissimo decreto SS. mi D. N.  
 Leonis XIII (*Praxis n. 3640-3641*), abolita remanet.

IV.º Antequam aliqua novitia ad professionem admittatur, ejus voluntas  
 a delegato Episcopi sedulo examinari debet. S. Lig. (*l. c.*).

V.º Curet Episcopus ut singulis annis dentur Exercitia spiritualia mo-  
 nialibus ab aliquo Sacerdote nedum exemplari, sed etiam perito de disciplina  
 Communitatum; nisi enim ita sit peritus, potest accidere quod potius damnum  
 quam utile ab exercitiis profluat. S. Lig. (*l. c.*).



VI.º Sit rigorosissimus circa clausuram. Imprimis reminiscatur quod, si vota sint solemnia, clausura est semper papalis; unde cum aliis communissime dicit Lucidi (II. v. 42) quod votorum solemnitas sine clausura pontificia stare nequit; et addit S. C. C. sic semper sensisse. Graviter itaque reus esset Episcopus, si extra casus a jure determinatos (de quibus praeter dicta Praxis n. 3625. III. et 3627, vide Lucidi l. c. 56 et seqq.) permetteret ut aliquis Monasterium ingrederetur; aut si ipse quoque intraret sine urgenti necessitate et praeter occasionem sacrae visitationis, quibus in casibus, juxta sacros canones, non solus, sed a senioribus et religiosis paucis personis comitatus, ingredi potest (Cf. n. 3625). Hinc scripsit Lucidi (l. c. 52 et seqq.): « Nequeunt Episcopi illuc ingredi, ut moniales particulares examinent, vel » ut Abbatissae electioni praesint; hos enim actus ex cratibus exequi possunt, ut docet S. C. C.; adeoque, aliter agendo, in poenas incidunt a jure constitutas ». Etsi autem Monialium vota essent simplicia, et clausura foret solum episcopalis, male se gereret Episcopus, si extra casus verae necessitatis permetteret ut personae monasteria ingrederentur. Ut enim hujusmodi permissiones non dentur, necessarium est 1.º ad evitandum periculum alicujus scandali gravissimi quod tandem aliquando sequi posset; 2.º ne, loco religiosae recollectionis dissipationi Monasterium exponatur; 3.º quia adventus personarum solet esse res incommoda monasterio,urbationibus obnoxia, et bonis Monialibus valde invisae; 4.º quia secus in populo ipso (maxime si, qui ingrediuntur, essent Sacerdotes, vel Religiosi, aut si de Episcopi ipsius nimis frequenti accessu ageretur) dicteria suscitarentur, scandalum sequeretur, et monasterii ipsius honor detrimentum pareretur.

VII.º Sit etiam rigorosus in non permittendis colloctionibus cum monialibus ad rotas, crates etc., exceptis consanguineis proximioribus monialium ipsarum, et exceptis aliis casibus necessitatis. Hac de re vide Lucidi (l. c. 94 et seqq.), et S. Lig. qui (H. A. VII. 61) notat colloctiones istas esse posse occasionem contrahendi periculosissimas affectiones, et dicit: « Suadeat sibi (Episcopus) affectiones multoties non in principio contrahi, » sed temporis progressu et diuturna consuetudine; et unica animorum cum » exteris adhaesio potest esse scandalo et ruinae toti monasterio ». Addit autem quod, si Monasteria extra civitatem episcopalem essent, admoneat Vicarios Foraneos, ut in his licentiis dandis valde parci et circumspecti sint. Hujusmodi autem colloctiones periculosae contingere possunt etiam quoad Sacerdotes ad rotam communem aut sacristiae; quo medio epistolae quoque introduci possent etc.

VIII.º Quod maxime cordi esse debet Episcopo est bona electio Confessarii, Superiorissae, et Syndicorum. Hi omnes durant in officio solum ad triennium. Dixi omnes; hoc enim verum est etiam de Syndicis, ut patet ex pluribus declarationibus S. C. Epp. et RR. apud Lucidi (II. v. 182). Nec facile curandum est ut ad aliud triennium confirmetur; si enim Superiorissae, Confessarii, et Syndici ad plura triennia confirmantur, nimium imperium acquirunt, et quo diutius in officio perdurant, eo difficilius mutari possunt. S. C. autem ut Confessarii confirmationem concedat, pro secundo triennio duarum ex tribus partibus Monialium capitulariter congregatarum consensum per

suffragia secreta expressum; et pro tertio triennio omnium absolute Monialium consensum exigit. *Monitore III. n. 140.*

VIII.º Confessarii debent esse valde prudentes et pii. Juvenes valde periculosi esse solent. Confessarius ordinarius (si possibile sit) neque Parochus, neque Regularis, neque Canonicus esse debet; sic enim servitium communitati difficile praestare poterunt. Lucidi (l. c. 157). De Confessario extraordinario bis in anno Monialibus dando, et de novissimo Decreto SS. mi D. N. Leonis XIII circa deputationem aliquorum Sacerdotum, quos libere advocare possit quaelibet Monialis ad satisfaciendum conscientiae suae, quin alicui rationem ullam reddere teneatur; de his, inquam, jam egi in *Praxi* (n. 3639).

124. *Quaenam regulae speciales (praeter optimam electionem Syndicorum) prae oculis haberi debebunt, ut monasteriorum res oeconomica benevertat?*

I.º Rationem exigere singulis annis.

II.º Non permittere ut exitus (propter expensas non stricte necessarias) superet introitum.

III.º Non permittere ut acceptentur Novitiae ultra numerum Monialium quae ali possunt; animadvertendo quod pro unaquaque persona, quae a Monasterio ali debeat, ad minus circa quinquaginta scutata annua ordinarie exiguntur. De his omnibus vide Lucidi (l. c. n. 173 et seqq.).

125. *Quid si Gubernium Moniales e monasterio jam ejicere vellet?* Ad infortunium istud declinandum, aliquando deservire potest educandatus; supplicando scilicet ut Monasterium habeatur tamquam schola et collegium publicae utilitatis. Ad hoc obtinendum, praeter magistras Gubernii licentia (i. e. patente) munitas, exigi potest ut Educandae exeant ad deambulandum. Hoc difficultatem ingerere non deberet; et, si clausura esset papalis, dispensatio a S. Sede petenda foret.

### CAPUT XIII.

#### *De Episcopo quoad executionem actuum S. Sedis.*

126. *Quaenam sunt praecipue notanda circa leges, mandata, bullas, rescripta etc. S. Sedis?*

I.º Oportet imprimis ut legantur, bene considerentur, et recta interpretatione intelligantur; secus enim, praeter alia incommoda, id quoque saepe saepius accideret, ut actus invalidi (propter condiciones et clausulas appositae neque adimpletas) complerentur. In dubio de sensu, ipsa S. Sedes interpellari debet, si res moram patiat; sin minus, jus erit Episcopo interpretationem propriam subditis imponendi.

II.º Circa leges videndum an vel Pontifex earundem promulgationem praecipiat, vel promulgatio ipsa sit suate natura Dioecesi necessaria. S. Lig. (I. 96. v. *Quaerit.*).

III.º Si lex aut mandatum S. Sedis, ob particulares circumstantias non posset sine malis consequentiis (eo quod S. Sedes eas non cognoscat, vel male informata fuerit) executioni mandari; tunc Episcopus potest (et facile debet) suspendere; ita tamen ut sine mora rem totam eidem S. Sedi exponat, ejusque futurae decisioni se conformet. Cf. Bened. XIV (De Syn. IX. VIII).



CAPUT XIV.

*De Episcopo quoad Synodum dioecesanam, Leges, et praecepta.*

127. *Quid de Synodo dioecesana?*

I.<sup>o</sup> Tridentinum (XXIV. II) postquam Concilia provincialia singulis trienniis celebrari praeceperit, subdit: « Synodi quoque dioecesanae quotannis celebrentur »; et addit: « Quod si in his tam Metropolitanis quam Episcopi... negligentes fuerint, poenas a sacris canonibus sancitas incurrant ». Poena autem est suspensio ab officio non latae sed ferendae sententiae.

II.<sup>o</sup> Benedictus XIV (De Syn. I. VI. 5) sequentia verba gravissima habet: « Neque illos excusamus Episcopos, qui cum nihil sit, quod eos impediat, ex sola socordia et negligentia Synodum facere praetermittunt: eosque magis redarguimus, qui, cum plures annos Dioecesim gubernaverint, ne de cogenda quidem Synodo cogitarunt; hi enim... qui ex mera incuria et inertia praefato Tridentini praecepto non parent, et sine ulla causa Synodum facere omittunt, meminisse deberent, se, praeter reatum inobedientiae, poenam incurere suspensionis ab officio statutam in Cap. Sicut olim... Neque audiendi sunt qui ad propriam obtegendam ignaviam, se consulto ac prudenter abstinere dicitant a Synodi coactione, ne novarum constitutionum in dies accessione commissae sibi Dioecesis status perturbetur. Nam in primis necesse non est ut novae constitutiones in Synodo edantur, sed quandoque expedit solum urgere executionem illarum, quae jam sancitae fuerunt... Deinde difficile videtur hoc tempore, quo ecclesiastica disciplina quotidie consenescit et labefactatur, aliquam inveniri Dioecesim, cui opus non sit ulla nova constitutione, qua saltem antiquae leges corroborentur, et, quae morum corruptela pene obsoluerunt, revirescant ». Diebus autem nostris subdit Lucidi (I. II. 170): « Haec rationum momenta mirum quantum augescunt hoc tempore, quo tanta rei sacrae et civilis conversio facta est, morumque antiquorum in pejus commutatio. Caeterum, eo duce Pontifice, in hanc fere sententiam S. C. rescribit iis Episcopis, qui causantur celebratum synodaliū decretorum corpus, quo... Dioecesis sibi concredita jam retro ditata fuerit ». Adde quod Synodi celebratio non solum ad reformandum clerum, sed etiam ad melius subveniendum Christifidelium spiritualibus necessitatibus, deservire debet.

III.<sup>o</sup> Si autem causae vere attendendae Synodi convocationem dissuaderent; tunc (ut ait Lucidi, l. c. 167), « Sedes Apostolica pro varietate circumstantiarum et adjunctorum illud etiam nuperrime consilii caepit, ut facultatem faceret nonnunquam Episcopis celebrandi Synodum, unis vocatis decanis ».

IV.<sup>o</sup> Episcopus in Synodo dioecesana potest facere leges absque consensu et approbatione cleri; tenetur tamen consilium Capituli exquirere, licet ne illud quidem sequi teneatur. Lucidi (l. c. 171) et Bened. XIV (De Syn. XIII. 4. 16). De Synodo plurima alia videri poterunt apud Scavini (IV. 92).

128. *Quid de Episcopo quoad leges extra Synodum?* Episcopus potest certe, etiam extra Synodum, leges facere. Quum tamen mutationes soleant esse periculosae, oportet ut parce admodum et cautissime se gerat, et so-

lum pro necessitate vel magna utilitate publica ad novam aliquam legem faciendam procedat; de qua moraliter certus sit quod in bonum redundet, omnibusque perpensis circumstantiis, rationabilis sit. Sedulo attendendum quod aliquod inconveniens, etiam grave, quod occasione rei bonae atque utilis (v. g. retinendo Ecclesias apertas nocte jam incepta) provenerit, non semper sufficit ut statim lex condatur atque illa res bona interdicatur: non enim ad auferendum aliquid zizaniae, eradicandum est bonum triticum. Imo semper observari debet regula juris quae dicit: « Ex iis, quae forte » uno vel altero casu accidere possunt, jura non constituuntur ». Oportet 2.<sup>o</sup> Ut Episcopus, ne suae auctoritatis jacturam faciat, legem suam efficaciter sustinere possit: unde nec nimiam perfectionem exigat (verificaretur enim proverbium it. *Chi troppo vuole niente ha*); nec praepropere procedat quamvis de manifestis abusibus ageretur; unde scripsit Benedictus XIV (Const. Paternae): « Quia malum universale est ac altas radices egit, opus est prudentia et maturitate, ne fructu careat medela ac vulnus exasperet: quod » possumus exigendam est, non quod optamus. Admonitionibus proinde uti » satius erit etc. ». Cf. Ferraris v. *Abusus*. Hinc (saltem ut plurimum) antequam Episcopus legem ferat, ad minus quid sentiant Vicarii foranei audire et Consilium Capituli exposcere debet. Lege autem facta, curandum erit ut observetur, et de hoc informationes (maxime quoad loca a civitate Episcopali dissita) capiendae erunt. Cf. Lucidi (l. c. 165).

129. *Quid de praeceptis?*

I.<sup>o</sup> Potest certe Episcopus uti etiam praeceptis particularibus, ut hic vel ille Sacerdos aliquid faciat vel non faciat. Patet ex promissione obedientiae, quae in Sacra Ordinatione Episcopo praestatur.

II.<sup>o</sup> Attamen jus praecepta ferendi in Episcopo, non ita extenditur, ut Sacerdotes evadant sicut Regulares qui Praelatis suis juxta eorum amplissimam jubendi potestatem obedire tenentur. Leges enim canonicae, atque universalis consuetudo, aequam quamdam libertatem clericis saecularibus vindicant.

III.<sup>o</sup> Tota difficultas in determinandis limitibus reducitur. At vero regula est quod Episcopi facere possunt praecepta quae vel sint juxta leges praexistentes (earum observantiam exigendo), vel sint juxta consuetudinem (quatenus in Dioecesi jam semper Episcopi soliti fuerint hoc vel illud praecipere), vel denique sint necessaria pro casu aliquo urgenti, cui solum ope praecepti consuli possit. Extra hos casus Episcoporum ad praecepta procedendi facultas minime extenditur; unde scripsit Zitelli (*Appar. I. VI. 1. § 2*): « Episcopus nequit imponere onera in jure non expressa, eaque insueta ». Et hac de re magnum lumen haberi potest ex pluribus documentis authenticis. Ferraris (v. *Episcopus VI. 120*) ex Decretis S. C. C. dicit: « Episcopus » non debet nec potest cogere simplices Sacerdotes, qui non habent officium » neque beneficium in Ecclesia Cathedrali, ut inserviant in functionibus ecclesiasticis, seu munere Diaconi et Subdiaconi in Missis cantatis, non obstante » exiguo numero Canonicorum ». S. C. C. (1 Jun. 1737) ad quaesitum: « An » Presbyteri participantis Ecclesiae S. Nicolai teneantur coadjuvare Archipresbyterum in assistentia moribundis, in administratione Viatici etc. » respondit: « Hortandos esse, sed non cogendos, nisi in casu necessitatis ». Eadem S. C. paucis ab hinc annis (scilicet 15 Jul. 1882) interrogata: « Au



» possit Episcopus Sacerdotes, animarum curae minime addictos, ad Christianam doctrinam docendam adigere in casu »; respondit: « Generaliter loquendo negative ». Denique interrogata an, si propter cleri penuriam difficile sit providere paroecias de Rectore, facultatem habeat Episcopus Sacerdotes viribus pollentes et ab aliis officiis liberos compellendi ad parochialium Ecclesiarum curam (amovibiliter) percipiendam, usquedum illis alio modo providere queat », (9 Jun. 1884, et 31 Jan. 1891) respondit, affirmative; sed non jure ordinario; bene vero vigore facultatum, quae approbante SS.mo D. N., Episcopo idcirco tribuuntur, et quidem ad septennium dumtaxat, et dummodo insuper tandiu expositae circumstantiae perdurent. (Vide etiam supra n. 96 et Acta XXIII 608). Hinc facile est deducere an Episcopus possit, v. g., praecipere ut Sacerdos A excerceat officium Vicarii in paroecia B; vel ut Parochus C acceptet Sacerdotem D pro Vicario; vel ut Rector Ecclesiae E cedat Sacerdotem F ad Missam alibi celebrandam nedum ut, v. g., ruri provideatur Ecclesiae parochiali quae secus pro casu improviso remaneret sine Missa (quod concedi debet); sed etiam ad satisfaciendum petitionibus particularibus v. g., pro festis, pro Monialibus quae secundam vel tertiam Missam vellent, pro privatis oratoriis divitum rusticantium etc. Sed poteritne Episcopus, occasione praedicationis quadragesimalis vel adventus in cathedrali, prohibere ne illa hora aliae praedicationes vel functiones in aliis ecclesiis peragantur? Negative. Patet ex declaratione S. C. C. apud Lucidi (I. II. 183).

#### CAPUT XV.

##### *De Episcopo quoad obligationem interpellandi Capitulum.*

130. An et quibus in rebus Episcopus Capitulum interpellare teneatur; et an ejusdem sententiam sequi teneatur?

Benedictus XIV (De Syn. XIII. I) dicit: « Profecto ambigi non potest quin etiam hodie jure Decretalium Canonici Ecclesiae Cathedralis sint consilarii nati Episcoporum, adeo ut non liceat Episcopo aliquid gravis momenti negotium aggredi et deliberare inconsulto Capitulo ».

Hujusmodi interpellatio (quando locum habere debet) semper non solum pro licito sed etiam pro valido exigitur; ita tamen ut Episcopus non semper Capituli sententiam sequi teneatur; interdum enim consensus exigitur, et interdum consilii petitio sufficit; qua de re dicit Bened. XIV (l. c.): « Nec proinde frustraneum erit reputandum Canonice consilium, etsi enim Episcopus non teneatur illud sequi, consulentium tamen rationibus instruitur atque edocetur, ne considerate et praecipitatur agat ».

Ad distinguendum autem quando consensus et quando solum consilium exigatur, rem istam sic bene declarat Scavini (I. 594): « Necessarius est consensus si res Ecclesiae immobilis aut mobilis pretiosa sit alienanda; in unione Ecclesiarum aut suppressione; in numero Canonicorum augendo aut minuendo; in novis dignitatibus inducendis; in novis tributis aut pensionibus Ecclesiis imponendis; si gravanda Ecclesia; et generatim quoties de Episcopatus aut Capituli juribus, obligationibus, detrimentis agit. (Item pro eligendis Examinatoribus pro-synodalibus). Capituli

» autem consilium sufficit, si Episcopus velit novas leges condere; excessus Clericorum corrigere (intellige per decretum generale); religiosos conventus erigere; item in erectione et administratione (intellige pro novitate magni momenti) Seminarii etc. ».

Sed quid si consuetudo in contrarium adesset? R. Consuetudo hujusmodi, etsi concludenter probaretur, facile tamquam abusus et corruptela habenda erit; et profecto si fiat recursus ad S. C. C., ipsa juxta communem disciplinam decidere solet.

#### CAPUT XVI.

##### *De Episcopo quoad administrationem Sacramenti Confirmationis.*

131. Qua frequentia tenetur Episcopus publicam hujus Sacramenti administrationem peragere? S. Ligorius (VI. 175) dicit: « Peccare graviter Episcopum qui per 8 vel 10 annos differret circuire saltem per loca praecipua (ad hoc Sacramentum ministrandum) ». Equidem alii quoque auctores communissime a peccato gravi excusant Episcopum, nisi dicto tempore longissimo differat et negligat. At vero haec doctrina a veritate et sensu communi (saltem hodie et apud nos) longe aberrare videtur. Si Episcopus per sex vel septem annos hoc Sacramentum in locis praecipuis suae Dioecesis non administraret, sequeretur quod 1.º Juvenes plurimi deberent ad Communionem admitti antequam confirmati fuerint; 2.º Quum hodie in civitatibus et oppidis post annum undecimum vel duodecimum masculi ad Ecclesiam se conferre desinant, jam plurimi sine hoc Sacramento per totam vitam remanerent. Adde verecundiam, respectum humanum, irrisiones etc., si nempe adulti cum pueris ad hoc Sacramentum recipiendum immisceri deberent. 3.º Christifideles, propter dilationem adeo magnam, valde turbarentur, et de Episcopo quam maxime scandalizarentur. 4.º Episcopus deficeret etiam contra obligationem gravissimam visitationis pastoralis, quae (ut vidimus) quolibet anno vel saltem biennio fieri debet; ea enim occasione hoc quoque Sacramentum administrare tenetur.

Ego itaque dicerem peccare graviter Episcopum qui, sanitate gaudens, ultra biennium vel triennium publicam per diversa loca confirmationis administrationem non perageret; idque maxime si Parochi, nomine suorum parochianorum, instantias hac de re iterum iterumque facerent.

132. Teneturne Episcopus se conferre ad confirmandos pueros infirmos, si de hoc requiratur? Communis sententia est Episcopum ad hoc non obligari; nam si id uni faciat, alteri neget, ratio scandali erit; si vero omnibus satisfacere velit, nimis grave onus (cum praejudicio aliarum obligationum) ei imponeretur. Lhemkuhl (II. 100).

#### CAPUT XVII.

##### *De Episcopo quoad judicia instituenda et causas expediendas.*

133. Quaenam hoc in puncto sint Episcopi obligationes? Argumentum istud adeo amplum est ut hic pertractari nequeat. Dicam itaque tantummodo



» possit Episcopus Sacerdotes, animarum curae minime addictos, ad Christianam doctrinam docendam adigere in casu »; respondit: « Generaliter loquendo negative ». Denique interrogata an, si propter cleri penuriam difficile sit providere paroecias de Rectore, facultatem habeat Episcopus Sacerdotes viribus pollentes et ab aliis officiis liberos compellendi ad parochialium Ecclesiarum curam (amovibiliter) percipiendam, usquedum illis alio modo providere queat », (9 Jun. 1884, et 31 Jan. 1891) respondit, affirmative; sed non jure ordinario; bene vero vigore facultatum, quae approbante SS.mo D. N., Episcopo idcirco tribuuntur, et quidem ad septennium dumtaxat, et dummodo insuper tandiu expositae circumstantiae perdurent. (Vide etiam supra n. 96 et Acta XXIII 608). Hinc facile est deducere an Episcopus possit, v. g., praecipere ut Sacerdos A excerceat officium Vicarii in paroecia B; vel ut Parochus C acceptet Sacerdotem D pro Vicario; vel ut Rector Ecclesiae E cedat Sacerdotem F ad Missam alibi celebrandam nedum ut, v. g., ruri provideatur Ecclesiae parochiali quae secus pro casu improviso remaneret sine Missa (quod concedi debet); sed etiam ad satisfaciendum petitionibus particularibus v. g., pro festis, pro Monialibus quae secundam vel tertiam Missam vellent, pro privatis oratoriis divitum rusticantium etc. Sed poteritne Episcopus, occasione praedicationis quadragesimalis vel adventus in cathedrali, prohibere ne illa hora aliae praedicationes vel functiones in aliis ecclesiis peragantur? Negative. Patet ex declaratione S. C. C. apud Lucidi (I. II. 183).

CAPUT XV.

*De Episcopo quoad obligationem interpellandi Capitulum.*

130. An et quibus in rebus Episcopus Capitulum interpellare teneatur; et an ejusdem sententiam sequi teneatur?

Benedictus XIV (De Syn. XIII. I) dicit: « Profecto ambigi non potest quin etiam hodie jure Decretalium Canonici Ecclesiae Cathedralis sint consilarii nati Episcoporum, adeo ut non liceat Episcopo aliquid gravis momenti negotium aggredi et deliberare inconsulto Capitulo ».

Hujusmodi interpellatio (quando locum habere debet) semper non solum pro licito sed etiam pro valido exigitur; ita tamen ut Episcopus non semper Capituli sententiam sequi teneatur; interdum enim consensus exigitur, et interdum consilii petitio sufficit; qua de re dicit Bened. XIV (l. c.): « Nec proinde frustraneum erit reputandum Canoniorum consilium, etsi enim Episcopus non teneatur illud sequi, consulentium tamen rationibus instruitur atque edocetur, ne considerate et praecipitatur agat ».

Ad distinguendum autem quando consensus et quando solum consilium exigatur, rem istam sic bene declarat Scavini (I. 594): « Necessarius est consensus si res Ecclesiae immobilis aut mobilis pretiosa sit alienanda; in unione Ecclesiarum aut suppressione; in numero Canonicorum augendo aut minuendo; in novis dignitatibus inducendis; in novis tributis aut pensionibus Ecclesiis imponendis; si gravanda Ecclesia; et generatim quoties de Episcopatus aut Capituli juribus, obligationibus, detrimentis agit. (Item pro eligendis Examinatoribus pro-synodalibus). Capituli

» autem consilium sufficit, si Episcopus velit novas leges condere; excessus Clericorum corrigere (intellige per decretum generale); religiosos conventus erigere; item in erectione et administratione (intellige pro novitate magni momenti) Seminarii etc. ».

Sed quid si consuetudo in contrarium adesset? R. Consuetudo hujusmodi, etsi concludenter probaretur, facile tamquam abusus et corruptela habenda erit; et profecto si fiat recursus ad S. C. C., ipsa juxta communem disciplinam decidere solet.

CAPUT XVI.

*De Episcopo quoad administrationem Sacramenti Confirmationis.*

131. Qua frequentia tenetur Episcopus publicam hujus Sacramenti administrationem peragere? S. Ligorius (VI. 175) dicit: « Peccare graviter Episcopum qui per 8 vel 10 annos differret circuire saltem per loca praecipua (ad hoc Sacramentum ministrandum) ». Equidem alii quoque auctores communissime a peccato gravi excusant Episcopum, nisi dicto tempore longissimo differat et negligat. At vero haec doctrina a veritate et sensu communi (saltem hodie et apud nos) longe aberrare videtur. Si Episcopus per sex vel septem annos hoc Sacramentum in locis praecipuis suae Dioecesis non administraret, sequeretur quod 1.º Juvenes plurimi deberent ad Communionem admitti antequam confirmati fuerint; 2.º Quum hodie in civitatibus et oppidis post annum undecimum vel duodecimum masculi ad Ecclesiam se conferre desinant, jam plurimi sine hoc Sacramento per totam vitam remanerent. Adde verecundiam, respectum humanum, irrisiones etc., si nempe adulti cum pueris ad hoc Sacramentum recipiendum immisceri deberent. 3.º Christifideles, propter dilationem adeo magnam, valde turbarentur, et de Episcopo quam maxime scandalizarentur. 4.º Episcopus deficeret etiam contra obligationem gravissimam visitationis pastoralis, quae (ut vidimus) quolibet anno vel saltem biennio fieri debet; ea enim occasione hoc quoque Sacramentum administrare tenetur.

Ego itaque dicerem peccare graviter Episcopum qui, sanitate gaudens, ultra biennium vel triennium publicam per diversa loca confirmationis administrationem non perageret; idque maxime si Parochi, nomine suorum parochianorum, instantias hac de re iterum iterumque facerent.

132. Teneturne Episcopus se conferre ad confirmandos pueros infirmos, si de hoc requiratur? Communis sententia est Episcopum ad hoc non obligari; nam si id uni faciat, alteri neget, ratio scandali erit; si vero omnibus satisfacere velit, nimis grave onus (cum praejudicio aliarum obligationum) ei imponeretur. Lhemkuhl (II. 100).

CAPUT XVII.

*De Episcopo quoad judicia instituenda et causas expediendas.*

133. Quaenam hoc in puncto sint Episcopi obligationes? Argumentum istud adeo amplum est ut hic pertractari nequeat. Dicam itaque tantummodo



quod Episcopus debet providere ut causae *valide, juste, prompte* expediantur, cavendo etiam (quantum fieri potest) ne causae ecclesiasticae ad laica tribunalia deferantur. Pro explicatione consulantur Canonistae, v. g., Vecchiotti (*Vol. II. § 8-48*).

CAPUT XVIII.

*Notantur nonnulla circa facultates jurisdictionales, quae Episcopo competunt.*

Imprimis distinguendum est inter facultates *ordinarias seu quasi ordinarias* quas habet etiam extra casus urgentes; et illas quae solum in casibus urgentibus ei competunt. Postea dicendum est aliquid de facultatibus delegatis.

134. *Quaenam sunt facultates ordinariae vel quasi-ordinariae, quae, seclusa etiam casus urgentia, Episcopo competunt?* Plurimae sunt, et fere omnes notissimae. Hic recenseo solum sequentes.

I.<sup>o</sup> Potest absolvere a casibus Romano Pontifici reservatis dummodo I.<sup>o</sup> sint occulti; 2.<sup>o</sup> non agatur de excommunicationibus, quae speciali modo eidem Romano Pontifici reservantur. Trid. XXIV. VI. Cap. *Liceat*, et Const. *Apostolicae Sedis*.

135. II.<sup>o</sup> Potest dispensare a votis simplicibus (seu potius ea commutare); exceptis tamen I.<sup>o</sup> votis castitatis perpetuae, religionis, et peregrinationum ad limina Apostolorum, ad Jerusalem, et ad S. Jacobum Compostellae; 2.<sup>o</sup> votis simplicibus, quae emittuntur sive in triennio ante professionem, sive in piis Congregationibus votorum simplicium a S. Sede approbatis cum obligatione perseverantiae. Vide explicationes in alio meo opere (cui titulus *Examen*) n. 1908.

136. III.<sup>o</sup> Potest dispensare a juramentis omnibus; exceptis tantummodo juramentis a tertio acceptatis et libere emissis.

137. IV.<sup>o</sup> Quoad Ordines, potest dispensare in quibusdam irregularitatibus; scilicet ab illis quae proveniunt I.<sup>o</sup> ex delicto occulto (excepto homicidio voluntario) Trid. C. *Liceat*. 2.<sup>o</sup> ex defectu natalium legitimorum pro solis Ordinibus minoribus et beneficio pro quo Ordo sacer non exigatur; 3.<sup>o</sup> ex bigamia similitudinaria (propter attentationem matrimonii ecclesiastici post votum solemne), praemissa tamen longa et exemplari poenitentia.

Potest etiam dispensare (ut supra vidimus) ab interstitiis; sed non ut *extra tempora* vel ante aetatem canonicam Ordines Sacri suscipiantur.

138. V.<sup>o</sup> Quoad matrimonium celebrandum, a publicationibus, a tempore feriato, a benedictione nuptiali et a voto simplici (juxta limitationes supradictas) dispensare potest. Ab aliis vero impedimentis sive dirimentibus (etsi matrimonio jam celebrato detegerentur), sive impedientibus (sponsalium, mixtae religionis, et voti reservati) dispensandi nullam auctoritatem habet.

139. VI.<sup>o</sup> Dispensare possunt, intra limites consuetudinis et pro actu transeunte, quoad leges communes, in casibus particularibus levioribus, et frequenter occurrentibus, v. g., quoad jejunium, opera servilia, horas canonicas, abstinentiam a carnibus, celebrationem Missae ante auroram vel post meridiem, lectionem alicujus libri prohibiti etc.

140. VII.<sup>o</sup> Concedere nequit ut Missa domi celebretur, nisi per modum actus transeuntis tantummodo, et occurrente causa magna et urgente, quae difficillime verificabitur; causa enim deferendi Viaticum ad moribundum, cui *solemniter* deferri non posset, non satis magna et urgens habita fuit a S. C. C. (6 Sept. 1890), apud Monitore (*VI. II. 193*).

141. VIII.<sup>o</sup> Quod Episcopi facultatem habeant pias testatorum voluntates commutandi (ex praesumpta eorundem voluntate) dicunt multi; sed haec doctrina (ut dixi, *Praxis n. 2798*) sustineri non potest. Vide documenta apud Pallottini (v. *Legatum § V n. 1-13*) et Lucidi (*II. VII. 72*).

Jus in Episcopis illas commutandi admitti potest solum si casus urgeret, vel si de rebus leviusculis, aut de casibus jam expresse ab Ecclesia permis- sis, ageretur. Vide Scavini (*II. 537*), et *Avvisatore Eccl. (an. XII. 430)*.

142. IX.<sup>o</sup> Hinc nequeunt Episcopi ad Missarum reductionem procedere, nisi specialem a S. Sede obtinuerint facultatem (*Praxis n. 3531*). Possunt tamen Missarum translationem concedere, ut scilicet in alio altari vel etiam in alia Ecclesia celebrentur. Auctoritatem istam habent ex Tridentino et consuetudine. Oportet tamen ut causa proportionata intercedat. Dixi *proportionata*; major enim exigeretur si de translatione perpetua, et speciatim si non de sola altaris sed etiam Ecclesiae mutatione, maxime vero si testator populi quoque commoditatem respexerit aut suos defunctos illuc sepultos habuerit etc.; et minor sufficet si de sola altaris, aut temporanea brevique mutatione ageretur etc., et speciatim si altari a testatore designato altare privilegiatum substitueretur. Vide Lucidi (*II. VII. 108 seqq.*) et S. Lig. (*VI. 329*).

143. X.<sup>o</sup> Episcopi jure ordinario concedere possunt facultatem binandi in duobus casibus indicatis a Benedicto XIV (juxta dicta *Praxis n. 3500*); non vero in aliis, etsi forent aequivalentes, pro quibus ad S. Sedem recurrere oporteret.

144. XI.<sup>o</sup> Episcopus potest et debet impedire ne aliqua (etsi pia vel a Regularibus promota) sodalitas introducatur, quin ipse ejusdem statuta approbaverit, et maxime relate ad modum accipiendi et erogandi elemosynas a consodalibus collectas (Statuta autem approbata modificare potest, nisi a S. Sede confirmata fuerint). Nequit autem permittere ut plures ejusdem nominis sodalitates in eodem loco statuatur (exceptis sodalitatibus SS.mi Sacramenti et Doctrinae Christianae, quae in qualibet paroecia institui possunt); quod verum est, etsi sodalitates Archisodalitatis non essent aggregatae. Item jus habet tum interveniendi (per se vel per alium) earundem comitiis (attamen sine voto); tum exigendi rationem erogationum; tum denique confirmandi vel reprobandi Officiales etc. De his omnibus vide documenta apud Lucidi (*II. VII. 119-152*).

145. XII.<sup>o</sup> Permissio Episcopi exigitur etiam pro collectionibus elemosynarum ad opus pium (nisi collectae ipsae a S. Sede vel antiqua consuetudine approbatae fuerint). Clemens V in Concilio Viennensi aperte dicit: « Juxta statuta Concilii generalis, duximus prohibendum districte ne quaeestores aliqui (nisi Apostolicas vel Dioecesani Episcopi litteras exhibuerint) quomodolibet admittantur et permittantur ». Vide Monitore Eccl. (*IV. I. 170*).



quod Episcopus debet providere ut causae *valide, juste, prompte* expediantur, cavendo etiam (quantum fieri potest) ne causae ecclesiasticae ad laica tribunalia deferantur. Pro explicatione consulantur Canonistae, v. g., Vecchiotti (*Vol. II. § 8-48*).

CAPUT XVIII.

*Notantur nonnulla circa facultates jurisdictionales, quae Episcopo competunt.*

Imprimis distinguendum est inter facultates *ordinarias seu quasi ordinarias* quas habet etiam extra casus urgentes; et illas quae solum in casibus urgentibus ei competunt. Postea dicendum est aliquid de facultatibus delegatis.

134. *Quaenam sunt facultates ordinariae vel quasi-ordinariae, quae, seclusa etiam casus urgentia, Episcopo competunt?* Plurimae sunt, et fere omnes notissimae. Hic recenseo solum sequentes.

I.<sup>o</sup> Potest absolvere a casibus Romano Pontifici reservatis dummodo I.<sup>o</sup> sint occulti; 2.<sup>o</sup> non agatur de excommunicationibus, quae speciali modo eidem Romano Pontifici reservantur. Trid. XXIV. VI. Cap. *Liceat*, et Const. *Apostolicae Sedis*.

135. II.<sup>o</sup> Potest dispensare a votis simplicibus (seu potius ea commutare); exceptis tamen I.<sup>o</sup> votis castitatis perpetuae, religionis, et peregrinationum ad limina Apostolorum, ad Jerusalem, et ad S. Jacobum Compostellae; 2.<sup>o</sup> votis simplicibus, quae emittuntur sive in triennio ante professionem, sive in piis Congregationibus votorum simplicium a S. Sede approbatis cum obligatione perseverantiae. Vide explicationes in alio meo opere (cui titulus *Examen*) n. 1908.

136. III.<sup>o</sup> Potest dispensare a juramentis omnibus; exceptis tantummodo juramentis a tertio acceptatis et libere emissis.

137. IV.<sup>o</sup> Quoad Ordines, potest dispensare in quibusdam irregularitatibus; scilicet ab illis quae proveniunt I.<sup>o</sup> ex delicto occulto (excepto homicidio voluntario) Trid. C. *Liceat*. 2.<sup>o</sup> ex defectu natalium legitimorum pro solis Ordinibus minoribus et beneficio pro quo Ordo sacer non exigatur; 3.<sup>o</sup> ex bigamia similitudinaria (propter attentationem matrimonii ecclesiastici post votum solemne), praemissa tamen longa et exemplari poenitentia.

Potest etiam dispensare (ut supra vidimus) ab interstitiis; sed non ut *extra tempora* vel ante aetatem canonicam Ordines Sacri suscipiantur.

138. V.<sup>o</sup> Quoad matrimonium celebrandum, a publicationibus, a tempore feriato, a benedictione nuptiali et a voto simplici (juxta limitationes supradictas) dispensare potest. Ab aliis vero impedimentis sive dirimentibus (etsi matrimonio jam celebrato detegerentur), sive impedientibus (sponsalium, mixtae religionis, et voti reservati) dispensandi nullam auctoritatem habet.

139. VI.<sup>o</sup> Dispensare possunt, intra limites consuetudinis et pro actu transeunte, quoad leges communes, in casibus particularibus levioribus, et frequenter occurrentibus, v. g., quoad jejunium, opera servilia, horas canonicas, abstinentiam a carnibus, celebrationem Missae ante auroram vel post meridiem, lectionem alicujus libri prohibiti etc.

140. VII.<sup>o</sup> Concedere nequit ut Missa domi celebretur, nisi per modum actus transeuntis tantummodo, et occurrente causa magna et urgente, quae difficillime verificabitur; causa enim deferendi Viaticum ad moribundum, cui *solemniter* deferri non posset, non satis magna et urgens habita fuit a S. C. C. (6 Sept. 1890), apud Monitore (*VI. II. 193*).

141. VIII.<sup>o</sup> Quod Episcopi facultatem habeant pias testatorum voluntates commutandi (ex praesumpta eorum voluntate) dicunt multi; sed haec doctrina (ut dixi, *Praxis n. 2798*) sustineri non potest. Vide documenta apud Pallottini (v. *Legatum § V n. 1-13*) et Lucidi (*II. VII. 72*).

Jus in Episcopis illas commutandi admitti potest solum si casus urgeret, vel si de rebus leviusculis, aut de casibus jam expresse ab Ecclesia permis- sis, ageretur. Vide Scavini (*II. 537*), et *Avvisatore Eccl. (an. XII. 430)*.

142. IX.<sup>o</sup> Hinc nequeunt Episcopi ad Missarum reductionem procedere, nisi specialem a S. Sede obtinuerint facultatem (*Praxis n. 3531*). Possunt tamen Missarum translationem concedere, ut scilicet in alio altari vel etiam in alia Ecclesia celebrentur. Auctoritatem istam habent ex Tridentino et consuetudine. Oportet tamen ut causa proportionata intercedat. Dixi *proportionata*; major enim exigeretur si de translatione perpetua, et speciatim si non de sola altaris sed etiam Ecclesiae mutatione, maxime vero si testator populi quoque commoditatem respexerit aut suos defunctos illuc sepultos habuerit etc.; et minor sufficet si de sola altaris, aut temporanea brevique mutatione ageretur etc., et speciatim si altari a testatore designato altare privilegiatum substitueretur. Vide Lucidi (*II. VII. 108 seqq.*) et S. Lig. (*VI. 329*).

143. X.<sup>o</sup> Episcopi jure ordinario concedere possunt facultatem binandi in duobus casibus indicatis a Benedicto XIV (juxta dicta *Praxis n. 3500*); non vero in aliis, etsi forent aequivalentes, pro quibus ad S. Sedem recurrere oporteret.

144. XI.<sup>o</sup> Episcopus potest et debet impedire ne aliqua (etsi pia vel a Regularibus promota) sodalitas introducatur, quin ipse ejusdem statuta approbaverit, et maxime relate ad modum accipiendi et erogandi elemosynas a consodalibus collectas (Statuta autem approbata modificare potest, nisi a S. Sede confirmata fuerint). Nequit autem permittere ut plures ejusdem nominis sodalitates in eodem loco statuatur (exceptis sodalitatibus SS. mi Sacramenti et Doctrinae Christianae, quae in qualibet paroecia institui possunt); quod verum est, etsi sodalitates Archisodalitatis non essent aggregatae. Item jus habet tum interveniendi (per se vel per alium) earundem comitiis (attamen sine voto); tum exigendi rationem erogationum; tum denique confirmandi vel reprobandi Officiales etc. De his omnibus vide documenta apud Lucidi (*II. VII. 119-152*).

145. XII.<sup>o</sup> Permissio Episcopi exigitur etiam pro collectionibus elemosynarum ad opus pium (nisi collectae ipsae a S. Sede vel antiqua consuetudine approbatae fuerint). Clemens V in Concilio Viennensi aperte dicit: « Juxta statuta Concilii generalis, duximus prohibendum districte ne quaeestores aliqui (nisi Apostolicas vel Dioecesani Episcopi litteras exhibuerint) quomodolibet admittantur et permittantur ». Vide Monitore Eccl. (*IV. I. 170*).



146. XIII.<sup>o</sup> Jam dixi (n. 23) Episcopos jus habere condemnandi libros pravos et diaria noxia. Hic addo quod relate ad Clerum jure isto uti possunt et debent rigorosius. Crederem jam necessariam esse legem, qua diaria omnia non stricte catholica, et moderno liberalismo plus vel minus infecta, ad minus in virtute sanctae obedientiae, Clero prohiberentur; secus enim clerum liberalem, et principiis Ecclesiae contrariis jam adhaerentem, (velis nolis) cito habebimus.

147. XIV.<sup>o</sup> Quomodo denique jus habeant Episcopi exigendi rationem quotannis de legatorum piorum, et quarumcumque piarum foundationum adimplemento, jam dixi in *Praxi* (n. 2796). Ad quid autem teneantur ipsi Episcopi, si piam aliquam fiduciam exequi debeant, ibi n. 3690 explicavi.

148. *Quid de facultatibus Episcopi in casibus urgentibus?*

I.<sup>o</sup> Casus urgens verificatur quando ex una parte magna adest necessitas aliquid perficiendi (v. g., matrimonium cui impedimentum obstat celebrandi), et ex alia non adest tempus et modus potestatem a S. Sede petendi (Notandum quod commodum telegraphi non consideratur). Vide *Examen* (n. 1914).

II.<sup>o</sup> Stante casus urgentia, Episcopus facere potest in sua Dioecesi quidquid posset Papa pro toto Orbe. S. Lig. (I. 190).

III.<sup>o</sup> Oportet tamen et sufficit ut causa sit ita gravis ut S. Sedis consensus, considerata urgentia, praesumi debeat; facilius enim in quibusdam casibus et difficilius in aliis, et interdum nullo modo (prout ab impedimentis mox infra indicandis), talis consensus praesumi poterit. Dixi *considerata urgentia*; regula enim quod S. Sedes non solet concedere talem vel talem dispensationem non semper attendi debet; ex eo enim quod ipsa recuset dispensationem dum adest tempus et nodus declinandi actum (v. g. matrimonium), non sequitur quod illam recusare intendat quando circumstantiae in casu stricto ita urgeant, ut actus ipse sine provocatione malorum gravissimorum jam nullo modo impediri valeat. Exemplum esset in impedimento criminis ex conjugicidio, in qua S. Sedes non solet dispensare etsi delictum fuerit occultum, et nihilominus in magna casus urgentia (dum omnia sunt parata et infamia aliaque mala gravissima sequerentur) Episcopus dispensare posset.

IV.<sup>o</sup> Practice casus urgens magis attendendus est necessitas hic et nunc contrahendi matrimonium. Sed hoc in puncto distinguendus est casus impedimenti occulti a casu impedimenti publici.

Si impedimentum sit occultum et probrosum (v. g., affinitatis ex copula illicita) communissima et certa sententia est quod Episcopus auctoritate ordinaria potest dispensare 1.<sup>o</sup> si jam omnia sint parata; 2.<sup>o</sup> si agatur de moribundo cujus aeternae salutis ope illius matrimonii consulendum sit; 3.<sup>o</sup> si, matrimonio jam contracto, detegatur impedimentum, et conjuges jam sint in mala fide neque contineri valeant. Vide *Examen* (n. 1914).

Si vero impedimentum sit publicum, aut non probrosum, etsi (ut dixi de Occasionariis (n. 134) non desint qui censent tunc etiam Episcopum posse dispensare casu quo, in iis quoque circumstantiis, casus urgentia subsistat (v. g. quia secus solum matrimonium civile contraheretur, aut moribundus in damnationis periculo versaretur); tamen, quum talis doctrina non sit certa, S. C. S. O. (20 Febr. 1888) annuente Pontifice, statuit ut « Ordi-

» narii dispensare valeant, sive per se sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam, aegrotos (*concupinarios aut solo matrimonio civili conjunctos*) » in gravissimo mortis periculo constitutos, quando non suppetit tempus » recurrendi ad S. Sedem, super impedimentis, quantumvis publicis, matrimonio jure ecclesiastico dirimentibus, excepto sacro Presbyteratus » Ordine et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente » (apud *Monitore V. II. 35*). Hanc autem facultatem ab Ordinariis delegari posse habitualiter parochis (non vero aliis) statuit eadem S. C. (1. Mart. 1889), dummodo recurrendi ad Ordinarios ipsos tempus non suppetat (Cf. *Monitore VI. I. 82*).

149. *Quid de facultatibus delegatis?*

I.<sup>o</sup> Tempore Sacrae Visitationis Episcopi amplissimas hujusmodi facultates habent. Dicit Trid. (XXIV. X): « Episcopi, ut aptius populum » possint in officio atque obedientia continere, in omnibus iis, quae ad » visitationem et morum correctionem subditorum suorum spectant, jus et » potestatem habent, etiam tamquam Apostolicae Sedis delegati, ea ordi- » nandi, moderandi, puniendi et exequendi, juxta Canonum sanctiones, » quae illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione ac Dioecesis suae » utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione aut de » morum correctione agitur, exemptio; aut ulla inhibitio, appellatio seu » querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, » quae ab his mandata, decreta, aut judicata fuerint, quoquo modo impediatur » aut suspendatur ».

II.<sup>o</sup> Facultas delegata potest esse duplex: 1.<sup>o</sup> Delegata *singulariter*, scilicet pro casu particulari (v. g., pro tali vel tali matrimonio proxime contrahendo); 2.<sup>o</sup> Delegata *habitualmente*, scilicet pro omnibus casibus ejusdem speciei (v. g., dispensandi toties quoties dabitur casus impedimenti affinitatis vel criminis, matrimonio jam contracto etc.).

III.<sup>o</sup> Tenor concessionis considerari debet; unde circa facultates delegatas habitualiter considerandum erit, v. g., an sint ad annum vel triennium vel quinquennium; an sint subdelegabiles singulariter vel habitualiter, et quibus; an valeant pro solo foro conscientiae, an vero etiam pro foro externo; an concedi valeant solum intra fines Dioecesis; an exprimentum sit quod dispensatur auctoritate apostolica etc.

#### APPENDIX

##### *De facultatibus Vicarii Capitularis.*

150. I.<sup>o</sup> Sicut Capitulum succedit in jurisdictionem Episcopi defuncti, ita Vicarius Capitularis succedit in jurisdictionem Capituli, a quo nulla reservatio fieri potest. Const. *Romanus Pontifex* Pii IX.

II.<sup>o</sup> Itaque Vicarius Capitularis habet facultates jurisdictionis quas habebat Episcopus jure ordinario aut quasi ordinario; ita tamen ut excipi debeant sequentia: scilicet 1.<sup>o</sup> nequit concedere litteras dimissoriales pro prima tonsura vel Ordinibus suscipiendis, primo anno, nisi agatur de arctatis, nisi scilicet quis necessitatem habeat Ordines suscipiendi ratione beneficii; 2.<sup>o</sup> nequit conferre beneficia liberae collationis aut devoluta, quorum collatio tunc ad Datariam spectat (Ferraris v. *Vicarius Capitularis II. 14. 56. 89*). Potest tamen concursus indicere pro Parochiis, et digniores eligere, etsi Bullae, ut dixi, ad Datariam spectent; 3.<sup>o</sup> Nequit concedere indul-



146. XIII.<sup>o</sup> Jam dixi (n. 23) Episcopos jus habere condemnandi libros pravos et diaria noxia. Hic addo quod relate ad Clerum jure isto uti possunt et debent rigorosius. Crederem jam necessariam esse legem, qua diaria omnia non stricte catholica, et moderno liberalismo plus vel minus infecta, ad minus in virtute sanctae obedientiae, Clero prohiberentur; secus enim clerum liberalem, et principiis Ecclesiae contrariis jam adhaerentem, (velis nolis) cito habebimus.

147. XIV.<sup>o</sup> Quomodo denique jus habeant Episcopi exigendi rationem quotannis de legatorum piorum, et quarumcumque piarum foundationum adimplemento, jam dixi in *Praxi* (n. 2796). Ad quid autem teneantur ipsi Episcopi, si piam aliquam fiduciam exequi debeant, ibi n. 3690 explicavi.

148. *Quid de facultatibus Episcopi in casibus urgentibus?*

I.<sup>o</sup> Casus urgens verificatur quando ex una parte magna adest necessitas aliquid perficiendi (v. g., matrimonium cui impedimentum obstat celebrandi), et ex alia non adest tempus et modus potestatem a S. Sede petendi (Notandum quod commodum telegraphi non consideratur). Vide *Examen* (n. 1914).

II.<sup>o</sup> Stante casus urgentia, Episcopus facere potest in sua Dioecesi quidquid posset Papa pro toto Orbe. S. Lig. (I. 190).

III.<sup>o</sup> Oportet tamen et sufficit ut causa sit ita gravis ut S. Sedis consensus, considerata urgentia, praesumi debeat; facilius enim in quibusdam casibus et difficilius in aliis, et interdum nullo modo (prout ab impedimentis mox infra indicandis), talis consensus praesumi poterit. Dixi *considerata urgentia*; regula enim quod S. Sedes non solet concedere talem vel talem dispensationem non semper attendi debet; ex eo enim quod ipsa recuset dispensationem dum adest tempus et nodus declinandi actum (v. g. matrimonium), non sequitur quod illam recusare intendat quando circumstantiae in casu stricto ita urgeant, ut actus ipse sine provocatione malorum gravissimorum jam nullo modo impediri valeat. Exemplum esset in impedimento criminis ex conjugicidio, in qua S. Sedes non solet dispensare etsi delictum fuerit occultum, et nihilominus in magna casus urgentia (dum omnia sunt parata et infamia aliaque mala gravissima sequerentur) Episcopus dispensare posset.

IV.<sup>o</sup> Practice casus urgens magis attendendus est necessitas hic et nunc contrahendi matrimonium. Sed hoc in puncto distinguendus est casus impedimenti occulti a casu impedimenti publici.

Si impedimentum sit occultum et probrosum (v. g., affinitatis ex copula illicita) communissima et certa sententia est quod Episcopus auctoritate ordinaria potest dispensare 1.<sup>o</sup> si jam omnia sint parata; 2.<sup>o</sup> si agatur de moribundo cujus aeternae saluti ope illius matrimonii consulendum sit; 3.<sup>o</sup> si, matrimonio jam contracto, detegatur impedimentum, et conjuges jam sint in mala fide neque contineri valeant. Vide *Examen* (n. 1914).

Si vero impedimentum sit publicum, aut non probrosum, etsi (ut dixi de Occasionariis (n. 134) non desint qui censent tunc etiam Episcopum posse dispensare casu quo, in iis quoque circumstantiis, casus urgentia subsistat (v. g. quia secus solum matrimonium civile contraheretur, aut moribundus in damnationis periculo versaretur); tamen, quum talis doctrina non sit certa, S. C. S. O. (20 Febr. 1888) annuente Pontifice, statuit ut « Ordini

» narii dispensare valeant, sive per se sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam, aegrotos (*concupinarios aut solo matrimonio civili conjunctos*) » in gravissimo mortis periculo constitutos, quando non suppetit tempus » recurrendi ad S. Sedem, super impedimentis, quantumvis publicis, matrimonio jure ecclesiastico dirimentibus, excepto sacro Presbyteratus » Ordine et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente » (apud *Monitore V. II. 35*). Hanc autem facultatem ab Ordinariis delegari posse habitualiter parochis (non vero aliis) statuit eadem S. C. (1. Mart. 1889), dummodo recurrendi ad Ordinarios ipsos tempus non suppetat (Cf. *Monitore VI. I. 82*).

149. *Quid de facultatibus delegatis?*

I.<sup>o</sup> Tempore Sacrae Visitationis Episcopi amplissimas hujusmodi facultates habent. Dicit Trid. (XXIV. X): « Episcopi, ut aptius populum » possint in officio atque obedientia continere, in omnibus iis, quae ad » visitationem et morum correctionem subditorum suorum spectant, jus et » potestatem habent, etiam tamquam Apostolicae Sedis delegati, ea ordi- » nandi, moderandi, puniendi et exequendi, juxta Canonum sanctiones, » quae illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione ac Dioecesis suae » utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione aut de » morum correctione agitur, exemptio; aut ulla inhibitio, appellatio seu » querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, » quae ab his mandata, decreta, aut judicata fuerint, quoquo modo impediatur » aut suspendatur ».

II.<sup>o</sup> Facultas delegata potest esse duplex: 1.<sup>o</sup> Delegata *singulariter*, scilicet pro casu particulari (v. g., pro tali vel tali matrimonio proxime contrahendo); 2.<sup>o</sup> Delegata *habitualmente*, scilicet pro omnibus casibus ejusdem speciei (v. g., dispensandi toties quoties dabitur casus impedimenti affinitatis vel criminis, matrimonio jam contracto etc.).

III.<sup>o</sup> Tenor concessionis considerari debet; unde circa facultates delegatas habitualiter considerandum erit, v. g., an sint ad annum vel triennium vel quinquennium; an sint subdelegabiles singulariter vel habitualiter, et quibus; an valeant pro solo foro conscientiae, an vero etiam pro foro externo; an concedi valeant solum intra fines Dioecesis; an exprimentum sit quod dispensatur auctoritate apostolica etc.

#### APPENDIX

##### *De facultatibus Vicarii Capitularis.*

150. I.<sup>o</sup> Sicut Capitulum succedit in jurisdictionem Episcopi defuncti, ita Vicarius Capitularis succedit in jurisdictionem Capituli, a quo nulla reservatio fieri potest. Const. *Romanus Pontifex* Pii IX.

II.<sup>o</sup> Itaque Vicarius Capitularis habet facultates jurisdictionis quas habebat Episcopus jure ordinario aut quasi ordinario; ita tamen ut excipi debeant sequentia: scilicet 1.<sup>o</sup> nequit concedere litteras dimissoriales pro prima tonsura vel Ordinibus suscipiendis, primo anno, nisi agatur de arctatis, nisi scilicet quis necessitatem habeat Ordines suscipiendi ratione beneficii; 2.<sup>o</sup> nequit conferre beneficia liberae collationis aut devoluta, quorum collatio tunc ad Datariam spectat (Ferraris v. *Vicarius Capitularis II. 14. 56. 89*). Potest tamen concursus indicare pro Parochiis, et digniores eligere, etsi Bullae, ut dixi, ad Datariam spectent; 3.<sup>o</sup> Nequit concedere indul-



gentias; 4.º Nequit concedere licentiam erigendi novum monasterium aut conventum; 5.º Nequit sacram visitationem facere nisi sit elapsus annus ab ultima, et in illa ad novitates procedere non potest. 6.º Imminente adventu novi Episcopi, a rebus gravioribus exequendis, (si possit) abstinere debet. Quoad alia minutiora vide Ferraris (l. c.).

III.º Facultates, quae Episcopo ejusve Vicario Generali a S. Sede delegatae fuerint, ad Vicarium Capitularem minime devolvuntur. Excipe 1.º nisi concessae fuissent Ordinario; 2.º nisi Episcopo ejusve Vicario delegatae fuissent *singulariter* pro casu particulari; tunc enim ex novissimo decreto S. C. S. O. (20 Febr. 1888) apud Monitore (V. II. 35) ad Vicarium Capitularem (etiam re integra) devolverentur.

CAPUT XIX.

*De Episcopo quoad Curiam bene constituendam et adjuutores sibi adjungendos.*

151. *In quo consistit Curia Episcopalis?* Praeter ipsum Episcopum consistit in officialibus pro Vicariatu, Secretaria, et Cancellaria.

152. *Quinam sunt alii adjuutores?* Sunt praecipue Vicarii foranei, Superiores Seminarii, Syndici Monialium, Deputati pro capsula ecclesiastica, pro revisionibus et similibus, Consiliarii, Causidicus curialis etc.

153. *Quaenam advertentiae principales circa officiales istos haberi debent?*

I.º Dicti officiales generatim sunt vere adhibendi. Quid enim si Episcopus vastam habens Dioecesim omnia aut fere omnia per se ipsum peragere vellet? Tot ac tanta sunt (ut supra vidimus) Episcopi officia, ut iisdem satisfacere sine Curia bene constituta et sine adjutoribus, nedum moraliter sed physice impossibile sit. Dioecesis servitium vel deficiet vel pessimum erit.

II.º Oportet ut officia diversa diversis personis (quantum fieri potest) distribuantur, non vero in unica persona cumulentur. Gregorius Papa (Decret. I. LXXXIX. I) dixit: « Singula ecclesiastici juris officia singulis quibusque personis singulatim committi jubemus .....; neque uni, quantumlibet exercitatae personae, uno tempore duarum rerum officia committenda sunt ». Ratio est quia difficile unus pro duobus bene deservire potest, neque oculus est auris nec pes est manus. Adde quod res hujusmodi valde odiosa et malevisa esse solet.

III.º Oportet ut iidem officiales partem suam vere praestent atque idonei sint; secus, Episcopus de mala electione et de eorundem erroribus, atque negligentis reus erit.

IV.º Etsi Episcopus quamdam vigilantiam super iisdem habere debeat; tamen oportet ut confidentiam in ipsis habeat. Circa res, in quibus ipsi ex proprio officio sunt versati, non facile credat ipsos errare et se esse meliorem illis; leves etiam defectus toleret; et proinde in eorum gestione (secluso casu rarissimo verae necessitatis) non se immisceat, illamque non turbet. Agitur enim veluti de machina in quibus nedum rota major, sed etiam rotae minores, quae suum gyrum expedite faciant, necessariae sunt.

154. *Quid speciatim de dotibus et facultatibus Vicarii Generalis?*

I.º Quoad dotes, rectissime dicit Scavini (I. 428) eum debere esse 1.º probum; 2.º expertum; 3.º operosum; 4.º doctum, speciatim in jure ca-

nonico; ad illum enim difficultates innumeras extricare, et causas examinare praecipue spectat.

II.º Quoad facultates (prout explicavi in alio opere, cui titulus *Examen*, n. 1917), possunt dari tres casus. Primus est, si Vicarius habeat solum mandatum generale purum et simplex. Secundus, si appositae fuerint restrictiones. Tertius, si habeat mandata specialia.

In mandato generali puro et simplici comprehenduntur facultates jurisdictionales quae Episcopo competunt, exceptis solum gravioribus, cujusmodi sunt praesente Episcopo conferre beneficia, poenas graves infligere, absolvere a poenis inflictis, absolvere a peccatis reservatis, sacram visitationem peragere, leges synodales mutare, synodum convocare, dare licentias ingrediendi clausuram Monialium, litteras dimissoriales concedere, a votis vel juramentis vel irregularitatibus vel interstitiis vel recitatione divini officii, vel ab aliis legibus (seclusa consuetudine) dispensare. Vide Zitelli, Lucidi etc.

Restrictiones mandati generalis pendent a voluntate Episcopi. Non tamen sive gravi causa fieri, nec multae esse possunt; secus enim Vicarius generalis esset de nomine sed non de facto, ejusque acta (quatenus de jure personam Vicarii Generalis exigant) invalida forent.

De mandatis specialibus hic verba facere non oportet. Vide *Examen* (l. c.).

155. *Quid de officio et obligationibus Secretarii?*

Secretarius ordinarie debet 1.º Ad mentem Episcopi scribere eas omnes epistolas, quae neque ad Cancellariam spectent, neque ejusmodi sint ut Episcopus sibi soli illas reservare debeat. 2.º Rescripta ad Secretariam spectantia considerare, accurate interpretari, et subinde ad executionem deducere. 3.º Officium notarii in Sacra Visitatione exercere. 4.º Regesta actuum alicujus momenti, quae a Secretaria prodeant vel ad illam mittantur, perficere et bono ordine custodire. Hinc debet 5.º esse fidelis in exprimendis sensibus Praelati sui, ita ut nihil addat, nihil minuat, nihil mutet, atque adeo sit manus operosa et docilis, non vero mens et voluntas; 6.º secretum perfectissimum (ubi oportet) servare; 7.º diligentiam adhibere, et negotia sibi commissa (quantum fieri potest) sollicite et expedite absolvere.

156. *Quid de officio Cancellarii, ejusque obligationibus et requisitis?*

I.º Debet esse peritus in jure canonico et civili.

II.º Redigere acta et decreta circa erectionem et collationem Paroeciarum aliorumque beneficiorum; item acta relativa sacris ordinationibus, patrimonii sacris, matrimoniis etc.

III.º Completing processus causarum, speciatim beneficialium et matrimonialium.

IV.º Praeparare (nisi ex usu curiae hoc ad Secretarium spectet) informationes requisitas a Sacris Congregationibus Romanis; nec non decreta executorialia indultorum et dispensationum Pontificiarum etc. Nihil dico de litteris testimonialibus, rescriptis, licentiis etc.

V.º Archivium custodire, et Acta atque documenta omnia in tuto et bono ordine servare.

VI.º Cancellarius (non secus ac Secretarius) debet esse diligens, sollicitus, secretus; maxime vero fidelis et bonae conscientiae; ne scilicet, v. g., acceptet juramenta (v. g. pro statu libero) a testibus qui illa sine



perjurio dare nequeunt; vel, petendo dispensationes a S. Sede, exponat causas quae non subsistant; vel, dando executionem rescriptis aut Bullis Pontificiis, clausulas prius non consideret etc. etc.

157. *Quid de Vicariis foraneis?* Debent 1.º Prompte notificare parochis et Sacerdotibus sui Vicariatus ea quae jussu Episcopi eisdem notificanda sunt; 2.º De qualibet inordinatione alicujus momenti (cui ipsi remedium apponere nequiverint) Episcopum certiore facere; 3.º Satagere ut parochi in periculo mortis constituti tempestive ultimis Sacramentis muniantur; 4.º Secuta morte, curare ut res Ecclesiae statim in tuto ponantur.

APPENDIX

*De Judicibus synodalibus aut pro-synodalibus.*

158. Quum subinde contingat ut contra sententias Episcopi accendant appellationes ad S. Sedem, et quum ipsa S. Sedes indigeat viris idoneis, qui non Romae sed in Diocesi ipsa appellantium (eo quod personae examinandae Romam se conferre nequeant) examina et processus conficiant; quum insuper (praescindendo etiam a casu appellationis) adsint causae quae ad Episcopi tribunal non spectant, neque S. Sedes opportunum existimet ut pro iisdem Episcopum deleget; hinc Judicium Synodali vel pro-synodali necessitas orta est. Tridentinum (XXV. X) dicit esse debere ad minus quatuor, et eorum nomina S. Sedi esse significanda. Vide Bened. XIV (*De Syn. IV. V.*)

CAPUT XX.

*De Episcopo infirmo et moribundo.*

159. « Licet Episcopus, tamquam bonus pastor et diligentissimus villi-  
» cus, omni tempore paratus esse debeat ad reddendam rationem Domino  
» suo de ovibus sibi commissis, et de suae administrationis officio; id tamen  
» diligentiori cura et studio peragere debet, dum aegrotat, quasi extremo  
» vitae suae diei vicinior. Nam, etsi semper mortis periculum mortalibus  
» immineat, propinquiores tamen morti sumus dum aegrotamus. Curet  
» igitur Episcopus, ut quanto magis dignitate caeteris praeest, eo majori  
» studio ultimum hujus vitae actum, quo solo coronari electi solent, cum  
» laude perficiat.

» Quod si dum aegrotat, tamquam homo mortis periculum non agnosce-  
» ret, medici, domestici, familiares, et praecipue ejus Confessarius, secreta  
» et summa cum reverentia et caritate eum de discrimine, in quo versatur,  
» moneant; et hortentur ut voluntati divinae non invitatus adhaereat, et  
» quae ad animae salutem pertinent peragere curet. Nam Episcopum decet  
» non solum verbo, sed etiam opere, et exemplo usque ad extremum vitae  
» spiritum alios docere et ad viam salutis dirigere. Medici vero et fami-  
» liares, quae ad corporis salutem pertinent, diligentissime curent, et  
» polliceantur Episcopo se, quantum humana potest industria, facturos, ut,  
» si fieri poterit, pristinam sanitatem recuperet.

» His verbis et hortationibus excitatus Episcopus aegrotans, vel (quod  
» melius esset) sua sponte, cum extremum diem suum appropinquare  
» cognoverit, primo peccata sua Confessario diligentissime confiteatur,




» deinde tempore congruo sacrum petat Viaticum, et antequam commu-  
» nicet, indutus rocchetto et stola, praesente sanctissimo Christi Corpore,  
» profiteatur catholicam fidem ex formula ab Apostolica Sede praescripta,  
» quam affirmet se semper, inconcusse, et firmiter tenuisse et credidisse,  
» seque in ea velle vivere et mori, cum Deo placuerit. Tum majori qua  
» poterit devotione et humilitate, sacrum sumat Viaticum, quod illi deferat  
» prima Dignitas, comitante Capitulo et toto Clero Cathedralis Ecclesiae, in  
» habitu ecclesiastico et cum candelis accensis.... Moneatur Episcopus Sa-  
» cramentum sibi administret et animae commendationem faciat.

» Convocet deinde Canonicos, Parochos, et Curatos omnes, dum adhuc  
» sensus corporis integri sunt, et coram eis profiteatur iterum catholicam  
» fidem ex praedicta formula; petat veniam de negligentis et imperfectio-  
» nibus suis; et, si quemquam unquam in sua administratione offenderit,  
» roget, ut orent Deum Omnipotentem pro anima sua. Commendet illis  
» Ecclesiam, pauperes, viduas, orphanos et loca pia. Memoret eis ut,  
» donec de successore provideatur, continuas preces ad Deum fundant, ut  
» eis bonum pastorem concedere dignetur, qui eos uberius, quam ipse  
» fecit, pascere noverit.

» Aperiat etiam eis debita et credita Ecclesiae, si quae sunt; et noti-  
» ficet scripturas, jura et actiones ejusdem Ecclesiae. Condat, si vult, et  
» si habet ab Apostolica Sede facultatem, testamentum, et eligat sibi se-  
» pulturam.

» Cum vero hora mortis appropinquat, sibi administretur Extremae  
» Unctionis Sacramentum, et animae commendatio fiat, prout in Rituali.

» Viri pii et religiosi continue assistant Episcopo animam agenti, cui  
» Crucem inspiciendam, osculandamque crebro offerant, redigantque ei ad  
» memoriam passionem Domini Nostri Jesu Christi ». *Caeremoniale Episco-  
porum (II. XXXVIII).*





perjurio dare nequeunt; vel, petendo dispensationes a S. Sede, exponat causas quae non subsistant; vel, dando executionem rescriptis aut Bullis Pontificiis, clausulas prius non consideret etc. etc.

157. *Quid de Vicariis foraneis?* Debent 1.º Prompte notificare parochis et Sacerdotibus sui Vicariatus ea quae jussu Episcopi eisdem notificanda sunt; 2.º De qualibet inordinatione alicujus momenti (cui ipsi remedium apponere nequiverint) Episcopum certiore facere; 3.º Satagere ut parochi in periculo mortis constituti tempestive ultimis Sacramentis muniantur; 4.º Secuta morte, curare ut res Ecclesiae statim in tuto ponantur.

APPENDIX

*De Judicibus synodalibus aut pro-synodalibus.*

158. Quum subinde contingat ut contra sententias Episcopi accendant appellationes ad S. Sedem, et quum ipsa S. Sedes indigeat viris idoneis, qui non Romae sed in Diocesi ipsa appellantium (eo quod personae examinandae Romam se conferre nequeant) examina et processus conficiant; quum insuper (praescindendo etiam a casu appellationis) adsint causae quae ad Episcopi tribunal non spectant, neque S. Sedes opportunum existimet ut pro iisdem Episcopum deleget; hinc Judicium Synodali vel pro-synodali necessitas orta est. Tridentinum (XXV. X) dicit esse debere ad minus quatuor, et eorum nomina S. Sedi esse significanda. Vide Bened. XIV (*De Syn. IV. V.*)

CAPUT XX.

*De Episcopo infirmo et moribundo.*

159. « Licet Episcopus, tamquam bonus pastor et diligentissimus villi-  
» cus, omni tempore paratus esse debeat ad reddendam rationem Domino  
» suo de ovibus sibi commissis, et de suae administrationis officio; id tamen  
» diligentiori cura et studio peragere debet, dum aegrotat, quasi extremo  
» vitae suae diei vicinior. Nam, etsi semper mortis periculum mortalibus  
» immineat, propinquiores tamen morti sumus dum aegrotamus. Curet  
» igitur Episcopus, ut quanto magis dignitate caeteris praeest, eo majori  
» studio ultimum hujus vitae actum, quo solo coronari electi solent, cum  
» laude perficiat.

» Quod si dum aegrotat, tamquam homo mortis periculum non agnosce-  
» ret, medici, domestici, familiares, et praecipue ejus Confessarius, secreta  
» et summa cum reverentia et caritate eum de discrimine, in quo versatur,  
» moneant; et hortentur ut voluntati divinae non invitatus adhaereat, et  
» quae ad animae salutem pertinent peragere curet. Nam Episcopum decet  
» non solum verbo, sed etiam opere, et exemplo usque ad extremum vitae  
» spiritum alios docere et ad viam salutis dirigere. Medici vero et fami-  
» liares, quae ad corporis salutem pertinent, diligentissime curent, et  
» polliceantur Episcopo se, quantum humana potest industria, facturos, ut,  
» si fieri poterit, pristinam sanitatem recuperet.

» His verbis et hortationibus excitatus Episcopus aegrotans, vel (quod  
» melius esset) sua sponte, cum extremum diem suum appropinquare  
» cognoverit, primo peccata sua Confessario diligentissime confiteatur,




» deinde tempore congruo sacrum petat Viaticum, et antequam commu-  
» nicet, indutus rocchetto et stola, praesente sanctissimo Christi Corpore,  
» profiteatur catholicam fidem ex formula ab Apostolica Sede praescripta,  
» quam affirmet se semper, inconcusse, et firmiter tenuisse et credidisse,  
» seque in ea velle vivere et mori, cum Deo placuerit. Tum majori qua  
» poterit devotione et humilitate, sacrum sumat Viaticum, quod illi deferat  
» prima Dignitas, comitante Capitulo et toto Clero Cathedralis Ecclesiae, in  
» habitu ecclesiastico et cum candelis accensis.... Moneatur Episcopus Sa-  
» cramentum sibi administret et animae commendationem faciat.

» Convocet deinde Canonicos, Parochos, et Curatos omnes, dum adhuc  
» sensus corporis integri sunt, et coram eis profiteatur iterum catholicam  
» fidem ex praedicta formula; petat veniam de negligentis et imperfectio-  
» nibus suis; et, si quemquam unquam in sua administratione offenderit,  
» roget, ut orent Deum Omnipotentem pro anima sua. Commendet illis  
» Ecclesiam, pauperes, viduas, orphanos et loca pia. Memoret eis ut,  
» donec de successore provideatur, continuas preces ad Deum fundant, ut  
» eis bonum pastorem concedere dignetur, qui eos uberius, quam ipse  
» fecit, pascere noverit.


» Aperiat etiam eis debita et credita Ecclesiae, si quae sunt; et noti-  
» ficet scripturas, jura et actiones ejusdem Ecclesiae. Condat, si vult, et  
» si habet ab Apostolica Sede facultatem, testamentum, et eligat sibi se-  
» pulturam.

» Cum vero hora mortis appropinquat, sibi administretur Extremae  
» Unctionis Sacramentum, et animae commendatio fiat, prout in Rituali.

» Viri pii et religiosi continue assistant Episcopo animam agenti, cui  
» Crucem inspiciendam, osculandamque crebro offerant, redigantque ei ad  
» memoriam passionem Domini Nostri Jesu Christi ». *Caeremoniale Episco-  
porum (II. XXXVIII).*







UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## INDEX



PRÆFATIO . . . . . Pag. 3

### De Episcopo

CAPUT I	— De Episcopo quoad vitæ sanctitatem. . . . .	» 5
» II	— De Episcopo quoad scientiam et studium . . . . .	» 10
» III	— De Episcopo quoad prudentiam. . . . .	» ibi
» IV	— De Episcopo quoad Missam pro populo celebrandam. . . . .	» 11
» V	— De Episcopo quoad prædicationem et generatim quoad officium docendi. »	» 12
» VI	— De Episcopo quoad Sacram Visitationem . . . . .	» 14
» VII	— De Episcopo quoad audientiam et responsa ad epistolas . . . . .	» 17
» VIII	— De Episcopo quoad vigilantiam et correctiones . . . . .	» 18
» IX	— De Episcopo quoad bonum et sufficientem Clerum sibi comparandum . »	» 22
ARTICULUS I	— De promovendis et adjuvandis vocationibus. . . . .	» ibi
» II	— De cura Seminarii . . . . .	» ibi
» III	— De cura Clericorum extra seminarium degentium. . . . .	» 31
» IV	— De Episcopo circa sacras ordinationes. . . . .	» ibi
PUNCTUM I	— De necessitate quod ordinandi sint subditi . . . . .	» 32
» II	— De requisitis quoad mores . . . . .	» 33
» III	— De requisitis quoad scientiam. Et quid si Dioecesis magna Cleri pe- nuria laboraret? . . . . .	» 34
» IV	— De immunitate ab irregularitatibus aliisque impedimentis . . . . .	» 36
» V	— De ætate ordinandorum . . . . .	» 37
» VI	— De adscriptione alicui Ecclesie . . . . .	» ibi
» VII	— De interstitiis et exercitio ordinis. . . . .	» 38
» VIII	— De titulo Ordinationis. . . . .	» ibi
» IX	— De examine et scrutiniis. . . . .	» 40
» X	— De exercitiis spiritualibus . . . . .	» 42
» XI	— De ordinationibus quoad locum, tempus, et obligationem eas habendi personaliter. . . . .	» ibi



APPENDIX — Instructio S. C. S. O. circa clericos sub Gubernio Italico militiae adscriptos. Pag. 43

ARTICULUS V — De cura habenda ab Episcopo ut pietate, zelo, doctrina etc. suus  
Clerus semper euiteat . . . . . » 45

CAPUT X — De Episcopo quoad electionem Parochorum. . . . . » 47

ARTICULUS I — De Examinatoribus synodalibus et pro-synodalibus . . . . . » ibi

» II — De indictione concursus et examine . . . . . » 48

» III — De iudicio ferendo ab Examinatoribus . . . . . » 49

» IV — De partibus, quae hoc in iudicio ad Episcopum spectant. . . . . » 55

CAPUT XI — De Episcopo quoad paroecias quae sint jurispatronatus, vel S. Sedi  
reservatae, aut quia nemo se praesentaverit conferri debeant sine  
concursu; et quoad parochorum vicarios atque coadjutores. . . . . » 56

» XII — De Episcopo quoad Regulares et speciatim quoad Moniales . . . . . » 57

» XIII — De Episcopo quoad executionem actuum S. Sedis . . . . . » 59

» XIV — De Episcopo quoad Synodum dioecesanam, Leges, et praecepta. . . . . » 60

» XV — De Episcopo quoad obligationem interpellandi Capitulum . . . . . » 62

» XVI — De Episcopo quoad administrationem Sacramenti Confirmationis. . . . . » 63

» XVII — De Episcopo quoad iudicia instituenda et causas expediendas . . . . . » ibi

» XVIII — Notantur nonnulla circa facultates jurisdictionales, quae Episcopo  
competunt. . . . . » 64

APPENDIX — De facultatibus Vicarii Capitularis . . . . . » 67

CAPUT XIX — De Episcopo quoad Curiam bene constituendam et adjuutores sibi  
adjungendos . . . . . » 68

APPENDIX — De Iudicibus synodalibus aut pro-synodalibus . . . . . » 70


CAPUT XX — De Episcopo infirmo et moribundo. . . . . » ivi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS







UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

*nitentiae*. Questo nuovo libro perciò del ch. Berardi sarà per riuscire assai utile non solo ai professori di teologia morale, agli esaminatori sinodali ed ai confessori, i quali troveranno in esso il modo pratico di ricevere le denunce; ma ancora ai reverendissimi Vescovi ed agli altri giudici ecclesiastici.

#### DE DIRECTIONE ANIMARUM PIARUM ET DE CONFESSARIO MONIALIUM.

ANNUNZIO dell' *Avvisatore Ecclesiastico* 1 Luglio 1888.

È un trattato breve, ma compito, succoso e chiaro. Vi sono dichiarati punti difficili, che sogliono imbarazzare molto in pratica, la di cui soluzione invano si cercherebbe in altri trattati, sebbene voluminosi.

#### L' UOMO APOSTOLICO PROVVEDUTO (*meditazioni*).

ANNUNZIO della *Voce Cattolica* (An. 1888, n. 128).

Quest' opera del chiarissimo Canonico Berardi viene annunciata dalla *Unità Cattolica* con grande encomio, e caldamente raccomandata. Si compone di 30 meditazioni per missioni ai fedeli di ogni classe; e di 33 schemi di discorsi pel mese di maggio coi relativi esempi (dei quali parecchi recenti), e di varii altri discorsi secondarii soliti a farsi nelle missioni. L' ordine delle materie è quello aureo degli esercizi di S. Ignazio tanto nelle prediche per missioni, che per quelle per il maggio. La parte accessoria è quella del sistema dei Padri Ligoriani.

Lo stile del libro è piano, ma energico; accessibile a tutti, ma non rozzo e negletto: ha quel vigore di espressioni e quella unzione, che lo fa somigliare a quello di S. Leonardo da Porto Maurizio, e che trionfa delle menti e dei cuori *suaviter et fortiter*. Anche la materia è abbondantissima nei discorsi; e benchè il ch. autore si attenga, com' è dovere in una missione, alle massime eterne, pure non manca d' inserire a suo luogo tutto ciò, che può interessare il popolo fedele secondo i bisogni dei tempi che corrono. È poi ammirabile l' ordine, col quale si succedono i pensieri svolti nei singoli ragionamenti, ordine che presta al sacro oratore un particolare vantaggio per la memoria.

Per questi e molti altri pregi il libro si può considerare come uno dei migliori nel suo genere, ed è degno dell' illustre autore della *Praxis confessoriorum* e dell' opera celebrata *De recidivis et occasionariis*.

#### L' UOMO APOSTOLICO (*Istruzioni*).

ANNUNZIO del *Monitore Ecclesiastico* 28 Febr. 1889.

Fra tanti e sì svariati libri che trattano del catechismo sulla confessione, crediamo che questo si debba raccomandare sopra ogni altro, perchè con grande arte, come occulta così non comune, conduce diritto allo scopo d' istruire senza tedio, ma con abbondante frutto, il popolo minuto. Perciò chiarezza ammirabile, distribuzione di parti rigorosamente logica, inappuntabile esattezza di dottrina, pienezza di trattazione, e soprattutto saviissimo discernimento nelle applicazioni pratiche, sono pregi che lo fanno prezioso. A ciò si aggiungono belli ed opportuni esempi, che tanto giovano a rendere chiare e fruttuose le dottrine: il rosario meditato con brevi ed efficaci considerazioni per ogni mistero; e in fine canzonette, e queste musicate, per allettare il popolo ai Ss. Esercizi e mantenere desta l' attenzione. — Se ne provveggano al più presto i parroci, i missionari e qualsivoglia predicatore, i quali tutti possono trarne inestimabile vantaggio.



## PRETIA

	Intra Italianam	Extra Italianam
<b>Hujus opusculi</b> . . . . .	Fr. 2. —	Fr. 2. 10
<b>De Recidivis et Occasionalibus</b> (Edit. IV. revisa et aucta) . . . . .	» 6. 50	» 7. —
<b>L' Uomo Apostolico</b> (meditazioni) . . . . .	» 5. —	» 5. 25
<b>L' Uomo Apostolico</b> (istruzioni, coll'aggiunta di laudi sacre musicate N. 46) . . . . .	» 3. —	» 3. 10
<b>De Sollicitatione</b> . . . . .	» 3. 10	» 3. 20
<b>De Sollicitatione in compendium</b> etc. . . . .	» 1. —	» 1. 10
<b>Theologia Pastoralis</b> . . . . .	» 3. —	» 3. 10
<b>Casus Conscientiae</b> (an. 1884) . . . . .	» —. 50	» —. 60
<b>Casus Conscientiae</b> (an. 1891) . . . . .	» 1. —	» 1. 10
<b>Pro thesi De Clerico proxime sacris Ordinibus initiando</b> , et responsio ad libellum anonymum . . . . .	» 1. 50	» 1. 60
<b>De directione animarum piarum et de Confessario monialium</b> . . . . .	» —. 40	» —. 45
<b>Laudi sacre musicate</b> N. 46 . . . . .	» 1. 25	» 1. 30
<b>Le profezie</b> . . . . .	» —. 60	» —. 65
<b>Manuale delle Vergini</b> . . . . .	» —. 50	» —. 55

### SUB PRAELO

<b>Praxis Confessariorum</b> (Edit. II. emendata et valde aucta) . . . . .	» 22. —	» 23. —
<b>Examen Confessarii et Parochi</b> , (seu <i>Compendium Theologiae moralis et pastoralis</i> ) . . . . .	» 12. —	» 12. 50
<b>L' Uomo Apostolico provveduto</b> ( <i>prediche</i> ) . . . . .	» 3. —	» 3. 10

### MONITA

- I. Pretia recensita usuveniunt apud Librarios; sed Auctor (*D. Em. Berardi Canonius Poenit. Faenza Italia*) imminutionem notabilem omnibus concedit.
- II. EXAMEN et PRAXIS acquiri possunt etiam per fasciculos. Tunc autem, intuitu pretii in antecessum soluti, maior pretii ipsius imminutio datur.
- III. Tum EXAMINIS tum PRAXIS primum volumen, atque insuper secundi voluminis fasciculus prodit; imo *Praxis* fasciculi duo prodierunt.
- IV. Tractatus supra recensiti *De sollicitatione in compendium*; *De directione animarum piarum*; et *Theologia pastoralis*, ex opere cui titulus EXAMEN excerpti sunt.